


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [1] - -

PUBLIC DOMAIN

[N-A 1229] Leibn. Marg. 223


Leibniz-Marginalien in
Andreas Petermann (= Stück 8)
auf S. 6, 7, 11, 16, 17
Unterstreichungen auf S. 9, 10, 15, 18, 19, 25
ibid.

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [2] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [3] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

D. JOHANNIS-CASPARI VVESTPHALI,
Academici Curiosi,

PATHOLOGIA DÆMONIACA,

id est

Observationes & Meditationes Physiologico-Magico-Medicæ circa Dæmonomanias, similesquè Morbos Convulsivos â fascino ortos,

Dæmonibus olim Græcorum Ethnicorum ac Judæorum aëreis, hodiè verò Obsessioni aliisque Diaboli infernalis Tentationibus & Operationibus, superstitiosè adscriptos,

hactenus

Anno Ephemeridum Academ. Leopoldino-Imperialis Naturæ Curiosorum IX. & X. Deciriæ III.

nec non

Mensibus Novor. Literarior. Hamburgens.

Anni 1706. insertæ;

Nunc verò

Philiatrorum desiderio & adhortationibus revisæ, & variis Annotatis illustriores redditæ.

Quibus accedunt


JUDICIUM PHYSIOLOGICO-MAGICO-MEDICUM DE VIVA JUMENTORUM CONTAGIO INFECTORUM CONTUMULATIONE,

&

OBSERVATIONES ATQUE EXPERIMENTA CHYMICO-PHYSICA DE PRODIGIIS SANGVINIS, falsò hactenus proclamatis.

LIPSIÆ,
Apud Hæredes FRIDER. LANCKISII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [5] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

CANDIDE LECTOR.

FAbulas, quas Homeri, Ovidii, Virgilii aliorumq; celeberrimorum Poëtarum Sapientia excogitavit, semper aliquid vel Physici vel Moralis occultare, non solùm apparet ex *Joach. Camerarii Fabell. Æsopicis, Phil. Cæsii Assenat*, ut & *Priora* via seu Lob des Vaterlandes/nec non *Anonymi* cujusdam *Medici Cizensis Delic. Medic. & Chirurgic. Præsentat. IIX. p.* 635-638; sed suo jamjam tempore testatus est judiciosissimus Angliæ Cancellarius, *Baco de Verulamio, Tract. de Sapient. Veter. Fab.* 28. *p. m.* 1286., dum rationes, physicas pariter ac morales, cur veteres Poëtæ Musis Olympum, Helicona aliosque montes attribuerint, sequentibus verbis explicavit: *Omnis scientia*, inquit, *collocata videtur in arduis & editis montium. Nam res sublimis merito putatur, & excelsa, & ignorantiam tanquam ex superiore loco despiciens, atque etiam late & undequaque speculatur & prospicit, ut in verticibus montium fieri solet.* Id ipsum & nostro hoc tempore Scientiæ accidit Physicæ, solidis ac experimentalibus principiis, tam chymicis & mechanicis, quàm spirituosis seu magicis, nitenti. Despicit hæc Democriteo quasi risu quodam ignorantis vulgi ineptias, Mirabilium illorum Augustinianorum & Homileticorum Scriptorum miracula & portenta, abstractivas eruditorum chimæras, & multis abhinc seculis juratas Patrum & Præceptorum propagatas loquendi formulas, sophisticas sermocinationes, logicas & me-

taphysicas; uno verbo: Nil significantia. Inter sexcenta alia, ut pauca saltem exempli loco addam, se offert morbus ille *Diabolicæ Obsessioni* vulgò adscriptus, qui rectiùs tamen *est certa epilepsiæ species, ortum unicè habens vel ex aura quadam seu miasmate, fumis & effluviis virulentis atque malignis, aut ipso hypochondriaco-melancholicorum & maniacorum sero acido-acri*, nervos & musculos obsidentibus, omnesquè partes nerveas & musculosas ad stupendas sane convulsiones irritantibus, animam corpoream seu spiritus animales inquinantibus, ideas hominum depravantibus, mentemque immortalem nunc obscurantibus & suffocantibus, nunc â commercio corporis separando ad pristinam libertatem redigentibus. Morbi hujus generis convulsivi jam ultra lustri spatium, præter solitum, in remotis & nobis vicinis locis, e. g. in Illustrissima quadam Imperii status persona, ab Illustrissimi Comitis ab Erpach Archiatro & Physico Michaël-stadtensi curata; item in muliere quadam Nobili prope Budissam anno 1703.; Zittaviæ in puella quadam anno 1701. & 1702.; Annebergæ in Virgine melancholico-delira 1703.; Seyffertshaynæ in ancillis duabus rusticis 1705.; eodemque tempore in quibusdam Orphanis in Orphaniotrophio Lipsiensi; nec non in puella rustica in pago nobis vicino Creumau, Præfecturæ Delitiensi subjecto; & eodem anno in liberis quatuor sex, octo, decem & quatuordecim annorum in oppidulo Granaten sub arce Tharand, in tractu Dresdensi non obscuro, ab Experientissimo Medico Regio & Electorali, Dn. D. Zapffio, feliciter curatis, &c. adeò increbuerunt, ut hinc inde Animarum Pastoribus miselli hi, exorcismos ipsorum & in diabolum increpationes plane eludentes; quinimò paroxysmi tempore semi quasi cataleptico-ecstatici partim, partim semi delirantes, hinc variâ abditorum scientiâ præditi, Ministrorum ecclesiæ atq; parentũ conamina, visitationes futuras & instantes, imò momentaneũ illorum ê domo egressum, ante tempus indicarunt;

neque

neque minus Sacerdoti obloquendo, ſecreta moralia & juventutis delicta hactenus abſcondita detegendo, ignorantiam illudendo, concionibus item metanoëticis &c. multum negotii faceſſerunt, auresquè duriusculas vellicarunt. Quo facto curioſiores Eccleſiæ Miniſtri, nec non Medici non pauci Clariſſimi, tam oretenus in familiari converſatione, quàm per commercium literarum, de arduis his morbis horrendisque motibus, ægrotarum ſcientia rara & futurorum prædictionibus, &c. mecum communicarunt. His ergò ut gratificarer, meditationes quasdam de puellæ Zittavienſis morbo præ aliis elegi, & in chartas conjeci (poſtquam ex ipſius Morbi Hiſtoria ad Virum ſummè Reverendum, Dn. D. Valentin-Erneſtum Löſcherum, à Dno M. Grünewaldio, Verbi Divini Miniſtro & Catecheta Zittavienſi, transmiſſa, mihiquè communicata, ſingularem hujus modeſtiam & circumſpectam prudentiam Theologicam in Viſitationibus ægrotantis puellæ, hujusq; erga eum, perſpexeram) illas Ephemeridibus Academiæ Leopoldino-Imperialis Naturæ Curioſorum Anno ultimo Decuriæ III. ſub Titulo *Epilepſiæ ſecundi gradus à faſcino cum Catalepſi admiranda;* poſteà correctiores, & auctiores paulo, Dn. Collectori Novorum Literariorum Hamburgenſium *ſub Pathologiæ Dæmoniacæ Titulo*, inſerendas transmiſi. Pathologia vero hæc in decem, ni fallor, Menſes Anni 1706. partita, cùm priores duo Hiſtoriam Morbi tantum recenſerent, Curioſis Præludium ſaltem ſeu Recenſio ſummaria prolixioris Tractatus jam editi, aut brevi edendi, viſa, anxiè in Bibliopoliis Lipſienſibus deſiderata eſt. Hinc Bibliopolarum non minùs quàm Philiatrorum precibus & adhortationibus inſtigatus, eandem ſubciſivis horis reviſi, èrronea quædam correxi, dubia & obſcuriora à Curioſis mihi oppoſita ex principiis Phyſico-Magico-Medicis, non minùs Scriptura Sacra, quam Celeberrimorum virorum Hiſtoriis ac Obſervationibus, ut & Actis quibusdam Inquiſitionalibus de Veneficis & Sagis, confirmavi, diaboli hac in parte, atque in homines, beſtias,

ſtias, aves, inſecta &c. ſe transmutandi, homines per aërem transferendi, nec non ſagas in montem Bructerum vehendi, impotentiam indeque ortam idololatriam faſcinatam, erudito Orbi commonſtravi.

Obſtrepuere quidem, quod in ſimilibus inſolitis caſibus fieri ſolet, multi ſuperſtitioſis & idololatricis præjudiciis adhuc immerſi, Viri alias ſatis docti: quos inter Membrum quoddam Illuſtre ex Miniſtrorum Verbi Divini Ordine in Unſchuldigen Nachrichten de Neo-Antiquis Anni 1706. Dni Adami Lofleri, J. U. D. Celeberrimi, Affinis noſtri Æſtumatiſſimi, *Meditationes Probabiles de Puella Zittavienſi Incantata* Cenſuræ ſatis rigidæ ſubjecit, mequè ipſum dicti jam Collegii Socium, quo jure quovè ſcommate? neſcio! non ſolùm, ſed & dictæ Diſputationis, aut meo ſuaſu aut operâ elaboratæ, Autorem proclamavit. Teſtis autem, præter Deum, omni exceptione major erit Dn. Johann-Gottliebius Weyſius, Paſtor animarum Werbelinenſis & Brodavienſis, utpote qui primus, & quidem menſtruo fermè poſt publicam ventilationem ſpatio, de hac me certiorem fecit. Et quamvis tantæ eruditionis Virorum familiaritatem â primis ſtudiorum meorum annis amaverim & exoptaverim, nunquam tamen mihi in mentem venit Collegii dicti (utut ipſorum Dnor. Collegarum) Societatem ambire; tempus enim ſolis affectatis & mutilatis Doctiſſimorum per Europam Virorum, horumquè Scriptorum, recenſionibus, cenſuris, &c. perdere, religioni mihi duco, nec tanti emere operæ pretium exiſtimo; labore interim nunquam ſatis laudando, & accuratiſſima Illuſtrium Collectorum Eruditorum Lipſienſium recenſione, perquam contentus vivo.

Equidem non pauci arbitrantur, me falcem in meſſem alienam immiſiſſe, quòd negotium hoc ad Facultatem Theologicam pertineat. Verùm quàm lubrico miſeræ hæ Objectiones fundamento nitantur, res ipſa, & imprimis Illuſtris Medicæ Facul-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [10] - -
PUBLIC DOMAIN

cultatis Lipſienſis Judicia & Reſponſa in *Zittmanni Medicina Forenſi Cent. II. Caſ. 22. Cent. III. Caſ. 2. Cent. VI. Caſ. 47.*, miſellorum horum ægrotorum Viſitatoribus, Curatoribus, eccleſiaſticis & politicis, Anatomiæ & Phyſiologiæ Medicæ ignaris, affatim oſtendunt, & ſatis hactenus à multis Illuſtribus Viris, Thomaſio in variis Scriptis, Johanne-Sam. Stryckio in Diſſert. de Jure Sabbathi, & de Reliqv. Sacramenti in Matrimonialibus, Hoffmanno in Diſput. de Potent. Diaboli in Corpora, Connor in Evangel. Medici Proœmio, Kulmo in Oneirologia, & Joh. Sperlingio in Inſtitut. Phyſic. Proœm. Quæſt. 4., ad easdem reſponſum eſt. Haud enim ſufficit blaterare, negare & deſtruere, ſed etiam meliora docere & probare; Id quod maximè Reverendo cuidam dictæ Societatis Membro occinuit Eccleſiæ quidam Miniſter non mediocris judicii, ſub *Chriſtiani Phyſici* nomine latens, im andern Anhange *p.* 21. Indubitatæ enim veritatis teſtimonium eſt, quod *Paulus* ſuppeditat *1. Corinth. XIII, 9.*, & *Syracides XIIX, 6.*, omnia, quæ ſcimus & cognoſcimus, ex parte tantum eſſe. Et tam ardua omnium ſcientiarum perfecta eſt cognitio, juxta *Tachenium in Hippocr. Chymico, capitis primi initio*, ut tota hominis vita citiùs deficiat, quàm vel unius diſciplinæ radicalem rationem, quæ diſputabilis non foret, ex libris tantùm chartaceis (non tamen temere rejiciendis) inveſtigare queamus. Tantum enim ſcit homo, quantum ipſi *operanda mente ac manu* certè innotuit. Unde Socrates, cum omnes fermè diſciplinas perſcrutatus, ſe nihil ſcire palam fateretur, tum demum ab Oraculo Sapientiſſimus omnium judicatus eſt. Quod etiam confirmat *Hippocrates* Noſter, dum *in Epiſtolis* & in *Aphor. I. Sect. I.*, pro unica ſaltem ſcientia, ex fundamento addiſcenda, vitam nimis brevem judicavit.

Utinam ergò deſiſteret ille Vir optimus, principiis Phyſicis experimentalibus, ſibi adhuc planè ignotis, obloqui, ſuperſtitioſam diaboli dignitatem aſſerere, nec non facta ipſius, quæ

longo

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [11] - -
PUBLIC DOMAIN

longo jamjam ævo ab ipso edita falsò creduntur, multis exclamationibus, suspiriolis, lamentationibus ac votivis precibus, aliis obtrudendo in quieta possessione vel quasi conservare. Quæcunque enim, effato *Hippocratis de Arte XIX.*, oculorum conspectum effugiunt, ea mentis oculis obtinentur & superantur. Primus Sapientiæ gradus est, judicio *Lactant. Firmiani Lib. I.*, falsa intelligere, secundus autem vera cognoscere; qua cognitione veri, nulla est homini jucundior voluptas. Vivimus per Dei gratiam iis jam temporibus, quibus omnibus Facultatum Ordinibus, excusso jugo Papali, licentia Scripturam Sacram legendi, & in usus suos convertendi, concessa est; ex qua nimirum tam Theologi, quam Jure consulti, Medici & Philosophi, imò & mechanici atque rustici, quæ ad suum scopum faciunt, haurire possunt. Exuat ergò hypotheses superstitiosis Ethnicorum fabulis innixas, & experimentis potius veritatis unicè insistat! Idearum enim phantasmata, & inde orta opinionum commenta, delet dies, & naturæ judicia confirmat.

Tantum proinde abest, ut & has ipsas, quas Tuo, B. L., conspectui hîc sisto de Morbis Dæmoniacis Meditationes, ab omni errore immunes deprædicem, ut eum potius in finem eas in publicum emissas velim, quo habeant Medici pariter ac Physici curiosiores, in veritatem historiarum, aut rectiùs fabularum, quæ in Scriptis Patrum non minus, quam â Postillarum Compilatoribus ad superstitionem usque allegantur, præprimis verò genuinas convulsionum horrendarum, hisque adjunctorum phænomenorum stupendorum, immediatas causas & rationem formalem, accuratiùs quod inquirant. Quo facto dubium mihi remanet nullum, quin simplicior ignorantium credulitas horumque sancta simplicitas, paulatim intereat, & subtilior, quæ plurimorum animos adhuc fascinatos tenet, idololatria ad veram suam, quam ex orco traxit, originem relegetur, & penitus evanescat.

Sed

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [12] - -
PUBLIC DOMAIN

Sed paucis adhuc dicendum de annexo *Commentariolo de Contumulatione pecorum contagioſorum animam adhuc trahentium*, qui iisdem principiis Phyſico-Magico-Medicis natales ſuos debet. Siquidem in ipſa Deductione ſat apertè indicavi, non alia de cauſa hoc argumentum â me ſuſceptum eſſe, quam ut Veterum Magia & Phyſica ſana, â ſcholaſtica & magiæ abuſu hactenus obſcurata, tanquam Sacræ Scripturæ, ac inprimis Patriarcharum genuinæ Phyſicæ conveniens, caput iterũ erigat, donec tandem, experientiâ vindice, tota emergere, ſuosquè Cultores repetere poſſit. Prudenti ergò conſilio & Theologica circumſpectione cum ſuprà laudato Dno M. Grünewaldio, Paſtor loci, Dn. M. Gregor. Reichius, ſcientiis Phyſicis non mediocriter inſtructus, Contumulationem hanc, uti Acta judicialia, tam in Præfectura Bitterfeldenſi, qvàm Judicio Hoyeriano, & in his proprium Atteſtatum de Neubaueri Chriſtianiſmo, teſtantur, comprobavit: dum ecntrà qvosdam, Promptuario Exemplorum Hondorffii & Sturmii, aliisqve hujus farinæ Poſtillarum fabulis forſan deceptos, ipſis Confratribus ſuis, ſimili calamitate œconomica oppreſſis, pactum aliqvod cum diabolo implicitum, & ſub ejusmodi contumulationibus latens, omnibus modis perſvadere, adeoqve Curæ hujus ſympatheticæ defenſores catalogo hæreticorum & atheiſtarum adſcribere, nihil veritos eſſe recordamur.

Et cum tandem Phyſici, tam magici quàm mechanici, uno verbo veri Medici, nomen nullo modo mereatur, qui fœcunda illa ſcientiæ hujus matre, Chymia nempe & Spagyria, non imbutus eſt, ſub calcem addidi *Obſervationes & Experimenta Chymico-Phyſica de piſcinis ſtagnantibus, & lacubus*

 palu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

paludosis, verè qvidē, sine tamen aqvarum transsubstantiatione, aut ullius terræ neqve tincturæ rubræ concursu, cruentis, in specie de massa illa cruenta spumosa, qvalis anno 1700. mense Julio & Augusto non solùm piscinæ publicæ σμικρο-Lissensi prope Delitium, sed & multis simul aliis lacubus & paludibus pagorum vicinorum & longè distantium, supernatare conspiciebatur, & à plurimis superstitiosis & rerum physicarum ac chymicarum ignaris tanqvam divinum miraculum, & bellicæ calamitatis, imò imminentis jamjam diei novissimi prodigium, in concionibus metanoëticis & ordinariis adorabatur. Qvemadmodum enim *Magia* in Bibliis sacris *Sapientia seu Physica Ægyptiaca* & Occulta, ab Ethnicis Deorum Cultus, & à Persis in specie Divinorum & Sacerdotalis Sapientia, vocatur: ita & *Chymia*, qvæ à Chamo, Noachi filio, nomen accepit, testante *Plutarcho in Lib. de Iside & Osiride*, *Ars* dicitur *Ægyptiaca*. Et revera ars est eadem, qvæ imitatur naturam & supra lunarium seu cœlestium, & sublunariū seu macro-atqve micro-cosmi, qvam tempore adhuc Moysis Hermes Trismegistus in Ægypto exercuit, sine qva, judicio *Matthioli Epist. Medic. Lib. IV. Epist. ult. ad Andr. de Blauen*, nulla pèrfecta Scientia, neq; in Physiologia Medica neqve Praxi (tam ordinaria, qvàm extraordinaria seu magica) acqviri potest.

Ne tamen diutiùs candidum Lectorem detineam, his Valere ipsum cupio.

Erra-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [14] - -
PUBLIC DOMAIN


Errata Typographica primaria.

PAg. 4. col. a. lin. 1. *dele* nicht / pag. 5. col. 6. lin. 7. *pro* exemplo *lege* extemplo, pag. 10. col. a. lin. 28. die *lege* dir / pag. 30. lin. 19. adoleſcenti *lege* adoleſcente, pag. 32. lin. 19. qvem *lege* qvam, p. 40. lin. 33. *in fine adde* conſtare poteſt, pag. 41. lin. 5. ſomnii *lege* ſomni, p. 42. lin. 29. *poſt* ſuperans *inſere* credunt, p. 43. lin. 6. *pro* ignorantia *lege* ignorantiam, p. 44. lin. 14. ἀλεκ]ευομαν-]ια *lege* ἀλεκ]ευομαι]εία, p. 50. lin. 24. rotundæ *lege* rotundo, p. 53. lin. 23. efficit *lege* afficit, pag. 55. lin. 9. demuſerat *lege* demulſerat, p. 65. lin. 16. Meaitat. *lege* Meditat., lin. 29. *poſt* genitus, *inſere* & cap. III, 21. è cœlo in Chriſtum baptizatum deſcendens, p. 78. texturum *lege* texturam, pag. 98. lin. ult. *poſt* egregia *inſere* conſenſus, lin. 20. 6. *lege* b., pag. 102. lin. 21. at *lege* ac, lin. 27. ac *lege* ab, lin. 14. *pro* inſubjecto *lege* ſubjecto, pag. 109. lin. 24. aliorumque *lege* aliarumque, *pro* infectorum *lege* infectarum, p. 114. lin. 15. *pro* uſu *lege* uſui, p. 117. lin. 14. *pro* croco *lege* croci, p. 132. lin. 31. poſt methodi *inſere* medendi.

In Præfatione:

)(3. fac b. lin. 16. *pro* Werbelnienſis *lege* Werbelinenſis. fol. 4. fac a. *pro* eſt *lege* eſſe, fac. b. lin. 18. *pro* hæ ipſæ *lege* has ipſas.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [15] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [16] - -

PUBLIC DOMAIN

HISTORIA MORBI & SPECIES FACTI
ad
Dn. Valentinum - Erneſtum Loeſcherum, S. S. Theologiæ Doctorem, Sereniſſimo Saxoniæ Duci, Dno Augusto, â Confeſſionibus Sacris, ut & Paſtoratus ac Ephoriæ Delitianæ Superintendentem undiqvaq; meritiſſimũ, â Dno Martino Grũnewaldio, Catecheta Zittavienſi, die 7. Novembris anni præterlapſi 1702. transmiſſa,
ſiſtens
Epilepſiam ſecundi gradus cum Catalepſi â faſcino.

Anna-Helena Gottſchalcks/ Bürgers und Grieß-Crämers in Zittau auff der Papel-Gaſſe/ und Frauen Catharinen/ Gebohrner Rothin/ Töchterlein/ welches 1691 den 17. Martii, Abends umb 6. Uhr gebohren iſt/ und ſich/ nach dem Zeugnüſſe der Eltern und Nachbarn/ fromm/ ſtille und leutſeelig jederzeit aufgeführet hat/ gehet den 7. Dec. 1701. Mittags ½ auf 12 Uhr vor ihrer Mutter in einem Trauer-Schleyer her/ Martin Nickels/ eines alten Böhmiſchen Exulanten Leichen-Begängnüſſe beyzuwohnen. Als ſie vor Meiſter Altmanns/ Bürgers und Tuchma-

ANna-Helena Gottſchalckia, Zachariæ Gottſchalckii, Civis & Farinopolæ Zittavienſis in vico populneo habitantis, nec non Catharinæ ex Rothiorum familia ortæ, filia, qvæ anno Chriſti 1691. die 17. Martii circa ſextam veſpertinam nata eſt, & â tenera ætate, parentum ac vicinorum teſtimonio, ſatis luculenta pietatis, obedientiæ modeſtiæqve ſpecimina edidit, die Decembris 7. anni præterlapſi 1705. circa meridiem, habitu lugubri amicta, matrem antegreditur, exeqviis ut interſit ſenis cujusdam exulis, Martini Nicolai, qvi ê Bohemia extorris huc conceſſerat. Ve-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [17] - 1
PUBLIC DOMAIN

chers / Hause vorbey gehen soll / schreitet sie über einen Ort / der Hauß-Thüre gleich über / an welchen etwas gegossen ist / wie man mit einem kleinen Töpffgen zusprengen pfleget. Alsobald empfindet sie ein Schrecken in den Gliedern / wird nach Aussage derer / welche sie in das Leichen-Hauß / bey Meister Bersen in der Bader-Gasse / kommen sehen / gantz blaß unter dem Gesichte / doch gehet sie mit in der Processíon, und in die Grabe-Kirche. Unter der Predigt überfället sie ein gewaltiger Frost / daß sie auch gleich nach Endigung der Leichen-Predigt nach Hause zu eilen gezwungen wird. Auf dem Wege ist ihr dermassen übel worden / daß sie sich des Brechens kaum hat enthalten können. So bald sie ihre Behausung erreichet / leget sie sich ins Bette. Abends stehet sie zwar nach 7. Uhr wieder auf / und will bey Tische mit essen; fället aber unvermuthet in eine kleine Ohnmacht / verwendet die Augen / und fänget an die rechte Hand auf und nieder zu heben. Nachdem sie die Eltern mit Schlag-Wasser zu ermuntern bemühet seyn / bekömmt sie ihren Verstand wieder / und hält die Hand stille. Doch ohngefähr eine Viertel Stunde darauf findet sich der itztgedachte Zufall wieder ein. Weil sich nun die Eltern eines Fresels

niunt ad ædes Altmanni, Civis atqve Pannificis istius loci, ê cujus forium regione aqva ex ollula in gyrum qvasi effusa ac dispersa videbatur. Locum hunc puella supergressa è vestigio, horrore membrorum correpta, tota expalluit, qvod testati sunt, qvi ejus in domum funebrem, Bersenii nempe, illam in vico Balneatoris, ingressum observarant; puella nihilominus, qvasi nihil moveretur, sua hac infirmitate in funus procedit, templumqvè sepulchrale cum aliis ingreditur. Dum autem concioni audiendæ attenta est, totum corpus vehementissimo frigore corripitur, ita ut statim â concione surgere & domum se conferre fuerit coacta. Inter redeundum, propter nausèam obortam, vomitum vix cohibere potuit. Domum reversa, confestim lectum qværit, vesperi tamen post septimam surgere, & unà cum parentibus coenare tentat; sed inter coenandum subitaneâ lipothymiâ cum oculorum inversione, manusqvè dextræ jam levatione jam depressione spasmodicis, uno verbo, primo epilepsiæ gradu, scotomiâ, corripitur: postqvam autem parentes eandem aqvâ antapoplecticâ recreant, sensus recurrunt, & dextra qvieta manet, utut post horæ qvadrantem circiter dicta jam scotomia recurrerit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [18] - 2
PUBLIC DOMAIN

besorgen/ so suchet der Vater bey einem Medico und in der Apothecke alsobald Rath. Allein die verordneten Medicamenta wurden gantz fruchtlose adhibiret / hingegen brach das malum durch Erschütterung des gantzen Leibes schrecklicher aus/ und fieng an/ beyde Armen bald vor sich/ bald hinter sich / mit grossen knacken der Gelencke/ zu dehnen; Also wurde ein anderer von den HErrn Medicis consuliret. Aber der Zufall nahm dermassen überhand/ daß der Leib mit allerhand seltzamen und fast unbeschreiblichen Bewegungen gequälet wurde: Bald beugte sich der Bauch in die Höhe / daß der Rücken hol ward/ Kopff und Füsse aber auff ihrer Stelle blieben: Bald drehete sich der gantze Leib mit allen Gliedern ohne Hülffe der Hände und Füsse auff das geschwindeste herüm: bald wolte sie es aus dem Bette heraus werffen/ daß sie kaum zwey Menschen erhalten kunten: bald machte sie ein grausames Gesichte/ streckte beyde Armen vor sich heraus/ und richtete sich ohne Anhalten gerade in die Höhe / als wenn sie an einer Schnure gezogen würde: Bald sprung sie mit gleichen Füssen aus dem Bette auff die Erde/ von der Erde auff den Tisch / von dem Tische auff das Fenster/ und wenn man sie nicht

rit. Unde parentes, formalem epilepsiam metuentes, sine mora Medicum consulunt, & medicamenta præscripta ex Officina pharmacevtica petunt. Sed omnia incassum applicantur, qvin potius malum erupit in convulsiones totius corporis longè maximas, qvibus brachia cum ingenti articulorum strepitu, mox antrorsum mox retrorsum, spasmodicè extendebantur, ut & alios Medicos in auxilium vocari oportuerit. Neqve tamen minùs malum in dies crevit, adeoqve totum corpus oppidò miris, iisqvè penè inenarrabilibus convulsivis motibus affligebatur: mox enim abdomen attollebatur cum dorsi incurvatione introrsum in arcum concavum, capite tamen pedibusqvè immotis relictis: nunc totum corpus cum omnibus artubus motu exqvisitissimo, sine ullo tamen manuum pedumqve adjumento, in gyrum agebatur: nunc metus erat, ne lectulo excuteretur, adeoqve vix duo homines ipsi tenendæ sufficiebant: nunc facies torvam admodum referebat larvam, brachia spasmodicè antrorsum versus extendebantur, simulqvè etiam totum corpus perpendiculariter levabatur sine omni brachiorum ope, non aliter ac si fune raperetur: nunc junctis pedibus ê lectulo prosilie-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [19] - 3
PUBLIC DOMAIN

nicht gehalten hätte / wäre sie zum Fenster heraus gefahren: Bald sperrete sie das Maul abscheulich auff / zog die Zunge in den Hals hinunter / machte aus den Lippen ein Karpffen-Maul / druckte die Augen aus dem Kopffe / blähete sich unter dem Gesichte und an dem Bauche als eine Trommel auff / daß sie hätte zerspringen mögen: Bald schloß sie den Mund zu halben Stunden zu / ward gantz stumm / behielt aber ihren Verstand / welches bey den vorerwehnten Zufällen nicht geschahe. Zeitwährender Verschliessung des Mundes deutete sie mit Murmeln einen hefftigen Durst an / schlürffte auch das dargereichte Bier sehr begierig hienein; doch wenn es in den Halß kam / ward ihr das hinunter-schlingen vielmahl so sauer / daß man sich befürchten muste / sie möchte ersticken.

Auff diese und dergleichen Art haben die Paroxysmi Wechsels-Weise alle Stunden Tag und Nacht biß auf den 12. Januarii 1702. gantz entsetzlich angehalten.

Nebst diesen Schmertzen ward sie auch mit unzähligen Läusen geplaget / daß sie mit einem Griffe eine grosse Menge von dem Kopffe zog. Die Mutter liesse zwar an ihrer Reinigung nichts ermangeln; Es wolte aber dieselbe nicht zulänglich seyn. Einsten nahm die

bat in pavimentum, è pavimento in mensam, è mensa ad fenestram, ê fenestra procul dubio foras se præcipitasset, nisi ab adstantibus fuisset retracta: nunc horrendo hiatu rictum distentabat, lingvâq; in fauces retractâ supremis labris os carpionis fingebat, oculos insuper protuberantes, faciem ampullatam, & abdomen tympani in morem & ad ruptu-ram quasi usqve distensum ostentans: nunc per semihoram maxillarum clausurâ spasmodicâ obmutescebat, sensibus tamen integris, cessantibus licèt sub his phænomonis illorum functionibus. Durante hac obmutescentiâ sitim ingentem murmure qvodam indicabat, cerevisiamqvè oblatam admodùm avidè & magno conatu sorbillabat, cum difficili simul deglutitione, qvæ non rarô adeò molesta, ut adstantes suffocationem metuerent.

Hactenus dicti paroxysmi dies noctesque ad 12. Januarii usque horrendum in modum pervices continuarunt.

Doloribus hisce incredibilis accedebat pediculorum copia, adeò ut magnum horum numerum uno raptu prehendere & capiti detrahere posset. Et licèt mater nihil omitteret, quod ad phalanges has fugandas & necandas requirebatur, exterminari

elende Tochter einen Hauffen Läus von dem Kopffe in die Hand/ warff sie/ ohne jemandes Geheiß und aus freyen Willen/ mit diesen Worten von sich: Da hastu deine Läuse wieder/ du alte Hexe! Von Stund an verlohr sich das Ungeziefer mit der Eltern grossen Verwunderung. Am vorgemeldten 12. Januarii nahm sie gegen den Abend von ihren Eltern/ Bruder und Bekandten/ beweglichen Abschied/ danckte vor alle erzeigte Wohlthaten/ bath umb Verzeihung/ wo sie jemanden zu wieder gewesen wäre/ und sprach unter andern: Ich muß nun fort/ ihr aber bleibet hier; habe ich etwas ungeschicktes geredet/ so schreibet es meinem Unverstande zu; habe ich etwas unanständiges gethan/ so rechnet es meiner Kranckheit zu. Als hierauff die Eltern sehr weineten/ sagte sie: weinet nicht! Ergrief das Schnupff-Tuch: Ich will euch die Thränen von euern Augen wischen; Welches sie auch/ sonderlich dem Vater/ zum öftern gethan hat. Die Nacht über verkehrte sie offt die Augen/ empfand ein gewaltiges Schütteln über den gantzen Leib/ und ward dabey sehr unkräfftig/ daß man sich ihres Todes versahe. Den folgenden 13. und 14. Januarii ereignete sich über obige symptoma-

nari tamen minimè poterant. Aliqvando misera globū pediculorum capite detractum manu apprehendebat, & nemine jubente his verbis à se projiciebat: *En tibi, Venefica Vetula, reddo pediculos tuos!* & ecce! exemplo omnes pediculi evanescebant, cum ingenti parentum admiratione. Dicto 12. Januarii circa vesperam parentibus, fratri & amicis patheticè valedicebat, gratias simul agens pro omnibus exhibitis beneficiis, & si qvem offendisset, ignosci id sibi ab illis petebat, inter alia sic loqvendo: *Mihi jam abeundum est, Vobis autem non item, qvòd si inepti qvid locuta sim, judicio meo imbecilli, qvæso, attribuite; si indecorè egerim, morbo meo imputate.* Parentibus falsè ad hæc plorantibus dicebat: *Ne ploretis!* hinc arreptâ laciniâ addebat: *extergam Vobis lachrymas;* qvod & sæpiùs, imprimis parenti, ipso actu præstitit. Per noctem sæpiùs subvertebat oculos, tot simul tantisqve affligebatur concussionibus universi corporis, ut ex imbecillitate mori videretur. Symptomatis his die decimo tertio & decimo qvarto Januarii hoc etiam accedebat, ut corpore sublimi ca-

ta der Zufall/ daß sie mit aufgebäumeten Leibe den Kopff u. die Hände rückwarts in das Bette hinein bohrete. Den 15. Jan. lag sie gegen den Mittag gantz stille / und gleich als ¾ auf 1. Uhr zur Predigt geläutet wurde / bekam sie einen Gescht vor dem Maule. Die Umbstehende beteten/ uñ bildeten sich ihr herannahendes Ende ein/wie sie denn auch gantz kalt ward/und als eine erblaste Leiche gestrecket lag. Da nun die Eltern gegen 2 Uhr geschäftig seyn/die Hauß-Thüre zuzumachen/ und ihre vermeinte Leiche aus dem Bette zuschaffen/fängt sie mit den Augen an zu fippern/ dz Maul aufzusperren / bekömt ihren Verstand/ und fänget an zu reden. Auf befragen des Vaters: Wie ihr anitzo gewesen wäre? spricht sie: **Ich weiß nicht.** Bald sahe man wieder an ihr die oben-berührte Beängstigungen. Den 16. Jan. stand sie über Vermuthen in der Mittags-Stunde in die höhe / sahe sich grausam auf allen seiten umb/wollte aus dem Bette heraus springen/ wenn man sie nicht mit grosser Gewalt gehalten hätte / schlug in die Hände / wie man einem zudräuen pfleget/uñ fieng endlich an zu reden: **Itzund sehe ich dich! Nun weiß ich/wer du bist; ich will dich wohl nennen; Du trägest ein hückel Schwefel auf dem Buchel; du knieest vor den Krauß-**

put pedesq; retrorsum ad lectum suffulciret. Die 15. Januarii circa meridiem per omnia qvieta erat; simulac autem primâ pomeridianâ ad dimidium elapsâ campanis cultus divinus indicaretur, spuma circa os apparebat: unde adstantes,mortem ejus instare rati, preces fundebant, præsertim cùm obrigesceret,& extensis cruribus funeris in morem se componeret. Cùm igitur parentes circa secundam pomeridianam, clausis foribus, de funere putatitio lavando & levando cogitarent, filia palpebris nictare, & os aperire,sensibusqve recurrentib9 fari incipit. Qværenti patri, qvomodo se jam habuerit? respondit: *Nescio.* Mox suprà dicta symptomata spasmodica eam invadebant. Die 16. Januarii circa meridiem præter spem se in talos erigebat, torvos undiqve circumferens oculos lectulo erumpere moliebatur, qvod contrà adstantes summo conatu impediebant; pugno etiam simul, minitanti similis, manum alteram contundendo, tandem in hæc verba erumpebat : *Jam te video! Nunc, qvæ sis, mihi innotescis! nomine omninò vocabo; fasciculum tædarum sulphurearum in tergo geris;genibus in terram flexis Crispum adoras; ecce,*

qvo-

köpfichten nieder / und beteſt ihn an; Siehe/ wie er dir in die Ohren ziſchelt! du biſt bey uns im Hauſe geweſen/ droben in der Stube haſt du gewohnet; ich kenne dich wohl; ich will dich nennen / und darff nicht; doch du ſolt es mir nicht wehren. Hierauff fragten die Umſtehenden / wen ſie denn ſehe? Sie ſagten ihr auch allerhand Tauff-Nahmen vor; ſie antwortete aber bey allen: das iſt nicht der rechte Nahme. Wie ſie ohngefehr auff den Nahmen Sabina kommen/ ſo ſpricht ſie: Ja! Ja! die iſt es; Es iſt die alte Sabine. Kaum hatte ſie das Wort ausgeſprochen/ ſo ſtürtzte ſie ſich rückwarts mit den Kopffe in das Bette hienein. Wie man denn vielfältige mahl obſerviret hat/ wenn ſie oder ein anders die Sabine/ welche vor kurtzer Zeit aus ihren Hauſe zu obgedachten Tuchmacher/ Meiſter Altmannen / gezogen war/ genennet/ und von ihr geredet hat/ ſo iſt das Malum erbärmlich mit ihr umgangen.

Einige Tage nach dieſen foderte ſie ein Ey/ und ein bißgen Saltz. Das Ey ſolte nach ihrem Angeben alſo gemahlet werden/ daß auff einer Seite die alte Sabine/ in der rechten Hand mit der Ofen-Gabel/ in der lincken mit einem Beſen; Auff der andern Seite der

qvomodo auribus inſuſurrat! Domeſtica noſtra fuiſti, in hypocauſto ſuperioris ædium contignationis habitaſti; optime te novi, nominarem etiam, ſed prohibeor; attamen tu non impedies. Hinc quærebant adſtantes, ecqvamnam videret? Recitabant etiam ſimul varia prænomina, adqvæ ſingula reſpondebat, non eſſe hoc genuinum; dehinc cûm fortè fortuna Sabinæ nominis mentionem faciunt, illa annuit: *Ita! Ita! Ipſa Sabina vetula eſt.* Aſt vix ipſi hæc verba exciderant, ſupino capite retrò in lectum rapiebatur; ſicut etiam adſtantes ſæpiùs obſervarunt, qvod morbus puellam extemplo miſerrimis modis afflixerit, quoties vel ipſa vel adſtantes Sabinæ (quæ ædibus Gottſchalckianis nuper relictis, ad ſuprà nominatum Pannificem Altmannum habitatum conceſſerat) mentionem fecerint, aut de hac ſermones qvomodocunque miſcuerint.

Aliqvot diebus præterlapſis ovum poſtulabat cum modico ſalis. Ovum ita pictum volebat, ut ab altero hemiſphærio vetula Sabina, dextrâ furcam & ſiniſtrâ ſcopas tenens; ab altera verò Criſpus (ita enim diabolum ſemper vocabat) conſpicerentur.

In-

der Kraußköpffigte (so nannte sie allemahl den Teuffel) stunde. Als man fragte/ was sie damit machen wolte: gab sie zur Antwort: Sie wolte es der Alten bringen. Nachdem man ihr etliche Tage das Ey und Saltz versagte/ und sie gleichwol beständig darauf drang/ so ist ihr ein Ey/ doch nicht auff ihre verlangte Art / sondern nur schlecht gemahlt/ gegeben worden. Als sie solches zu der Sabinen tragen/ und man es ihr nicht gestatten wolte/ schlug sie es auff/ und wolte es essen. Doch es ward ihr aus den Händen gebracht/ und ohne jemandes Wissen von der Mutter oben in der Kammer in ein Kästgen geschlossen. Des andern Tages nöthiget sie den Vater/ daß er sie hinnauff in die Kammer trüge. Er williget in ihre Bitte. Nach vielen Umsehen verlanget sie/ der Vater möchte doch das vorbeniemte Kästgen aufschliessen. Er thut es/ weiß aber nicht/ daß die Mutter das Ey darinne verstecket hat. Alsobald greifft sie hinein/ bringet dieses Ey heraus/ und spricht: Das wuste ich wohl/ daß du da lägest. Man bringet es wieder weg/ und wird in ihrer Abwesenheit auff ein Himmel-Bette geleget; auch da hat sie es alsobald gesucht und gefunden. Endlich ist es gar beyseite geschaffet worden.

Interrogata, qvid sibi hoc ovo faciundum decrevisset? respondebat: *id ipsum ad vetulam deferre se velle.* Hoc petitum cum per aliqvot dies denegatum ipsi fuisset, nec tamen ab eo desistere vellet, ovo tandem haud licet eô, qvod desideraverat, modô picto, sed simplici saltem colore tinctô, potita, statim illud ad Sabinam deferre volebat; qvod desiderium adstantes cùm renutarent, confractâ testâ illud comedere gestiebat; Unde mater manibus ereptum arculæ in superioris contignationis camera, nemine hoc sciente, includit. Postero die multis agrota efflagitavit precibus, ut in jam nominatam Pater cameram sevellet portatam: qvo facto illa oculis emissitiis omnia lustrat, & tandem arculam, cui ovum erat inclusum, ut recludat pater, enixè rogitat. Hic ovi qvippe â matre reconditi ignarus, arculam recludit, qvam filia illicò involat, & arrepto ovo inqvit: *Euge! satis probè sciebam, te huc esse depositum.* Suffurabantur autem denuò adstantes ovum, & in cœlo spondæ, insciâ ægrâ, superimponebant; at hîc etiam illud confestim quæsivit & reperiit ægrota, ita ut penitus illud amovere parentes necesse habuerint.

In

Bey so bekümmerten Umständen lassen die Eltern einen Priester ersuchen/ daß er zu ihnen zu kommen/ und mit seinem Troste ihnen und dem geplagten Kinde beyzuwohnen belieben möchte. Wie sich nun derselbe willigst eingestellet/ und die seltzame Aufführung des Kindes mit grosser Bestürtzung angesehen hat: also hat er sich mit andächtigen Beten und Singen zu dem allmächtigen GOtt gewendet/ das Kind/ so viel die paroxysmi zulassen wolten/ in seinen Catechismo und den ersten Buchstaben der Christlichen Lehre fleißig examiniret/ auch mit grosser Hertzens-Vergnügung eine solche Wissenschafft von GOtt und seinem allerheiligsten Willen/ nebst einer rechtschaffenen Freudigkeit des Glaubens an JESU beständig zu halten/ und alles zugeschickte Creutze gedultig zu leiden/ in dieser zarten Seele gefunden/ als bey vielen Erwachsenen nicht anzutreffen ist. Wie denn das gute Kind den Augenblick/ wenn der paroxysmus vorüber war/ sehr andächtig gebetet/ gesungen/ die auffgegebene Sprüche der heiligen Schrifft gemercket/ die vorgelegten Fragen beantwortet/ und wenn sie das malum zwischen der Rede und Antwort überfiel/ alsobald nach überstandenen paroxysmo, absqve temporis intervallo

In his autem rerum angustiis & Sacerdotem quendam decumbentis Genitor reqvirere jubet, qvi solatio & veneficio afflictam filiam & mœstos parentes erigat. Hic lubentissimè accedens, & rara ac mira ista phænomena attonitus conspiciens, precibus & cantionibus devotis ad omnipotentem DEUM se convertit, miseræqvè simul, qvantum sæpiùs repetiti paroxysmi epileptici permiserunt, quæstiones catecheticas proposuit, & prima fidei elementa ab ea postulavit. Mirum autem dictu, qvam benè in hoc examine steterit! Tantam enim de DEO ejusqve sanctissima voluntate, tantam fidei Christianæ theoriam, tantum in perferenda cruce patientiæ robur, prodebat tenella hæc anima, qvantum in adultis vix expectasses qvamplurimis. Eodem etiam commiseratione dignissima puella momento, qvo paroxysmus remiserat, devotissimis precibus & cantionibus depressum semper animum lactavit, proposita scripturæ sacræ dicta memoriæ impressit, adqve qvæstiones propositas expeditè respondit; & licèt paroxysmus loqvelam non rarò interrumperet, ita ut responsiones suspendere cogeretur, remittente tamen paroxysmo ubi substiterat, exa-

nicht nur wuſte / wo ſie geblieben war / ſondern auch in der angefangenen Conſtruction richtig fort fuhr / und ſich bey dem offtmahligen Zuſpruch des Prieſters nicht ein einziges mahl verdrießlich / eigenſinniſch / oder widerwärtig auffgeführet / vielmehr wenn er zu kommen / durch andere Amts-Geſchäffte gehindert ward / nach ihm gefraget / und ihr Verlangen nach ſeiner Gegenwart bezeuget hat. Immittelſt ſuchte man auch bey denen Herren Medicis in- und auſſer der Stadt zuläßliche Hülffe; Allein die Artzneyen waren insgeſamt ohne Effect.

Den 19. Jan. nahm ſie nach vielen Zureden Pulver ein / welches ein Artzt aus Böhmẽ überſchicket hatte. Kurtze Zeit nach deſſen Gebrauch ward ſie in dem Bette in die Höhe gehoben / und kratzete mit beyden Händen an den Balcken der Stuben-Decke. Darauff ſprach ſie: **Siehe du alte Hexe / du ſaugeſt mir meinen Blut- Schweiß aus! Ich muß die Schnüre machen**; verrichtete alſo mit Händen und Füſſen die Arbeit eben auff ſolche Art / wie die motion bey dem Schnür-machen geſchiehet: **Nun muß ich dir waſchen**; nahm das Bette und rieb es nach Art einer Wäſcherin: **Nun muß ich dir auskehren**; nahm Stroh aus dem Bette / und

ctè ſcivit, unde etiam, inde exorſa obſervata conſtructione, orationis telam absque temporis intervallo ritè pertexuit. Nec unqvam Sacerdotis ſæpiùs repetitas viſitationes moleſtè tulit, aut moroſam ſe præbuit, multo minùs reluctari viſa eſt; qvin potiùs, ſi ille per officii occupationes accedere non potuit, præſentiam ejus anxiè efflagitavit, adeoqve magnum ei affectum ſervavit. Interim Medicorum etiam auxilium in & extra urbem implorabatur, omnia tamen medicamenta in caſſum adhibebantur.

Die 19. Januarii, multiplici adſtantium perſuaſione, pulverem â Medico qvodam ê Bohemia transmiſſum, capiebat: ſed pauco temporis ſpatio motu ſpasmodico tonico ê lecto in ſublime rapiebatur, & digitorum utriusqve manus unguibus trabem, hypocaùſti tectum ſuffulcientem, radebat. Poſtea dicebat: *Heu vetus venefica, ſudorem ſangvineum mihi exſugis! Cogor tibi ligamenta linea conficere*; hîc manus pedesque eô modô commovebat, quo textrices horum ſolent: *nunc lintea tibi lavare teneor*; & hîc arreptâ lodice lotricem mentiebatur: *nunc pavimentum verrere jubes*; & hic lodicis extremitatem prenſabat, & qvaſi clavem obtorqueret, ſe geſſit: *nunc pecuniam tibi numerare debeo*;

Zipffel/ als wenn sie einen Schlüssel umbdrehete: Nun muß ich dir Geld zehlen; Stellete sich auch also mit den Händen: Nun hast du eine Gasterey/ da soll ich dir kochen; Ergrieff einen Löffel/ spiehe darein/ qvirlte damit/ warff ihn in den Winckel/ da sich ihrem Vorgeben nach/ die alte Sabine befand/ und sprach darbey: Da hast du den Päppe! Fuhr ferner zu reden fort: Jetzt speiset sie; sie liegt im Bette; der krauß-köpfigte isset mit ihr Krebse/ die andern sitzen absonderlich/ Vater last mich doch hinunter/ ich soll mit essen; Da er sie aber nicht hinaus lassen wolte/ sprach sie nach einer kurtzen Zeit: Pfuy! ich mag nicht/ nun ich es recht besehe/ so sind es lauter Küh-Fladen. Nach diesen Worten fiel sie auff den Rücken/ mit dem Kopffe zum Füssen/ fieng sich an etliche mahl zu brechen/ und gab sehr garstig/ gelbe/ braun und wunderlich Zeug von sich/ welches der Vater in den Hoff begraben hat. Gleich nach diesen Vomitu hat sich der paroxysmus gäntzlich verlohren/ daß man nichts/ als sehr grosse Mattigkeit an ihr spührete. Die folgende Nacht schlieff sie gar sanffte/ erwachte auch morgends in guten Zustande/ und danckte mit den

beo; cui actioni & ipsi manuum gestus respondebant: *nunc convivium agitas, & mihi coquinæ officium injungis;* hicq; in arreptum cochlear exspuebat, cumqve hoc manib9 in gyrum egisset, in angulum illum, in quo Sabinam vetulam sedere dicebat, projiciebat, dicendo simul: *En tibi pulmentum!* Pergebat porrò: *jam cibum sumit; in lecto cubat; Crispus cum illa cancris vescitur, reliqui discumbunt seorsim, dimitte me, Pater, ad cibum sumendum vocatam;* cumqvè dimittere nollet, brevi pòst dicebat: *Phy! nolo; meras enim, dum penitiùs inspicio, placentas vaccinas video.* His ita dictis supina in dorsum cadebat capite ad pedes converso, & vomitu aliquoties repetito materiam spurcissimam, eamquè flavam spadiceamque, aliamquè omninò mirabilem, rejiciebat, quam pater in area domus sepelivit. Cessante isthoc vomitu, omnis etiam paroxysmus confestim cessavit, ita ut, præter summum langvorem nihil supereresset. Insequente nocte tranquilla satis quievit, & manè

Priester / welcher sie gar zeitig besuchte / und ihren Eltern / die vor Freuden nicht wusten / was sie thun solten / dem allmächtigen und gnädigen GOtt hertzlich vor die erzeigte Hülffe.

Den 27. Januarii früh um 9 Uhr kömmt die alte Sabine in die Stube / setzet sich zu den Kinde an das Bette / und fragt nach ihrem Zustande. Als ihr nun die Eltern und das Kind alles erzehlen / was sie von ihr gesehen und geredet hat / antwortet sie nichts darauff / wendet das Gesichte weg und spricht: **Wenn ich werde heimkommen / wil ich in den Hoff knien / und ein Vater Unser vor dich beten / biß nur stille**; und streichelte sie mit der Hand an dem rechten Arme über das Gesichte und an dem lincken Arme / sahe sie aber dabey nicht an / sondern kehrete das Gesichte gegen die Stuben-Thüre / und sprach: **Du wirst noch eine schöne Jungfer werden / und deinen Eltern viel zu lachen machen**; Nahm darauff einen Schlüssel von der Frauen / welche mit ihr kommen war / drehete ihn um ihren Stab / den sie in der Hand hielte / etliche mahl herum / steckte ihn mit der lincken Hand in das Bette / und alsdenn in ihren Schiebsack. Den Augenblick gieng das malum von

sana admodum evigilavit, unde, unà cum Sacerdote ocyus pro more adveniente, nec non parentibus, præ gaudio quasi obstupescentibus, Omnipotenti ac clementissimo DEO pro præstito auxilio devotissimas persolvebat gratias.

Die 27. Januarii circa nonam matutinam vetula illa Sabina in hypocaustum veniens, puellam, ad cujus lectum consederat, quomodo se habeat? interrogat; Cui cum parentes & filia omnia, quæ hæc de illa vidisset & dixisset, narrarent, nihil ad rem quod esset, reponit, sed facie aversâ inquit: *Cùm domum venero, sub dio genibus innixa Orationem Dominicam pro te orabo, Tu modò sile*; & hæc dicens, puellæ brachium dextrum, hinc faciem, atque post brachium sinistrum demulcebat, oculos tamen in decumbentem minimè vertebat, sed foribus hypocausti pertinaciter infixos habebat, atque loquendo pergebat: *In formosam Virginem aliquando evades, & parentibus amplam ridendi occasionem suppeditabis*; deinde clavem â fœmina, quam secum adduxerat, acceptam circa baculum suum aliquoties gyrabat, dehinc manu sinistrâ lectulo puellæ, & mox peræ suæ ingerebat. Eodem momento malum recurrens

mi-

neuen an/ und purtzelte das arme Kind erbärmlich in dem Bette herum. Die Eltern fangen an zu lamentiren; die alte Sabine spricht: **Seyd nur stille/es wird alles gut werden/ morgen will ich wieder kommen**; und gieng zur Thüre hinaus. Unterdessen hat die Kranckheit jämmerlich gehauset / allerhand wunderliche minen verursachet / sonderlich hat sie zum öfftern mit den Händen und Füssen die Arbeit des Schnür-Würckens/ des Garn-Windens / des Auffwickelns der verfertigten Schnüre mit der rechten Hand über den lincken Arm nachgeahmet. Hiernechst drehete sie den gantzen Leib in einen Circul herum/ und ließ nicht eher nach/ biß sie wieder auff die vorige Stelle kam.

Den 10. Februarii sagte sie Abends in der siebenden Stunde: **Vater / ihr werdet die Nacht Wunder-Ding hören! Die Sabine wird etwas von den Vorsatze des Weinstockes schneiden.** Der Vater gab zur Antwort: **Wenn ich das wüste/ ich wolte sie begleiten!** Die Tochter sprach dargegen: **Vater/ ich bitte euch um GOttes willen/ gehet nicht hinaus / es wird ein Wind kommen;**

misellam convulsionibus miserabilibus in lecto pervolvebat. Parentes lamentari occipiunt, quibus vetus Sabina dicit: *Silete! omne malum in sanitatem commutabitur, cras revertar*; atque sic abibat. Intereà temporis morbus crudeliter sæviit, ægrotæquè mirabiles ac varii generis gestus extorsit; imprimis manibus pedibusq; illa texturam ligamentorum linteorum suprà dictam, filamentorum glomerationem, & quasi ligamina lintea confecta manu dextrâ brachio siniſtro superinvolveret, simulavit. Adhæc totam corporis machinam tam diu circum gyrabat, usque dum primam stationem recuperasset.

Die decimo Februarii horâ septimâ vespertinâ dicebat: *Hac nocte, Pater, mira audies! Sabina aliquid ligni ê sepimento vitis nostræ exscindet*; cui pater respondebat: *Si hoc ita fore scirem, dignis modis eam excíperem!* Filia contrà dicebat: *Obsecro pater, ne exeas; ventus enim surget, qui si Te afflaret, extemplò dolores capitis, non nisi cum vita finiendos, sentires*;

Wenn euch dieſer angienge/ würdet ihr im Kopfe Schmertzen empfinden/die ihr euer Lebelang nicht wieder verwinden köntet; darnach wird ein Hund bellen/ und dieſer wird ſich zu drey unterſchiedenen mahlen hören laſſen; der Wind aber wird viermahl/ das letzte mahl mit dem Schlage Zwölffe/ gewaltig ſtürmen. Solches alles iſt dergeſtalt geſchehen/ daß es Vater und Mutter nicht ohne Entſetzen/ das erſte mahl in der achten/ das andere u. dritte mahl in der neunten Stunde/ und das letzte mahl mit dem Schlage Zwölffe/ doch dieſes mahl ohne Hunde-bellen/ angehöret haben/ und bey dem andern Sturme des Windes und Bellen des Hundes von der Tochter ſind errinnert worden; Gleich itzo ſchneide Sabine von dem Wein-Stocke. Als man frühe Morgens nachſahe/ hat man warhafftig befunden/ iſt auch dieſe Stunde zu zeigen/ daß ein Span von dem Umſatze des Weinſtockes ſey geſchnitten worden. Nun hatte ſie zwar inſtändig gebeten/ man ſolte dieſen Abend niemanden in das Hauß laſſen/ es möchte ſeyn/ wer es wolte. Indeſſen klopffen nach 7. Uhr zwey Weibes-Perſonen an/ und geben auff das Befragen der Mutter/ wer da ſey?

dehinc canis latrabit, & quidem ternis vicibus, ventus verò quater, & ultimâ quidem vice in puncto duodecimæ, horrendum tumultuabitur. Singula hæc ita evenerunt, quæ uterque parens non ſine horrore audiverunt, primâ nimirum vice circa horam octavam, ſecundà & tertià circa nonam, & ultimâ, ſine tamen latratu, in puncto duodecimæ; ad ſecundum venti impetum & canis latratum parentes etiam filia admonuit, ut adverterent, dicendo: *Hoc ipſo momento Sabina ſepimentum vitis caſtrat.* Manè cum ſepimentum hoc conviſunt, ligni abſciſio vera comperta eſt, & unicuique adhuc ad oculum patet. Inſtantiſime quidem rogaverat, ne quis hac veſpera, quicunque etiam ſit, in ædes intromitteretur; Interim poſt ſeptimam duæ perſonæ ſequioris ſexus fores pulſant, quæ à matre interrogatæ, unde ſint & quid velint? reſpondent: miſſas ſe eſſe à Dominis ſuis, ut ægrotanti filiæ dimenſum cibi apportent. Cum igitur famulæ iſtæ ſatis notæ, & mater de ſympathia Chriſtiana optimæ familiæ nihil dubitaret,

aper-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [30] - 14
PUBLIC DOMAIN

zur Antwort: Sie wären von ihrer Herrschafft abgeschicket/und solten ihrem Töchterlein ein bescheiden Essen bringen. Weil nun die Mägde wohl bekandt sind/und die Mutter des hertzlichen Mittleidens aus diesem Christlichen Hause versichert ist/ so eröffnet sie die Thür/ und nimmt die überschickte Speise mit Danckſagung an. Das Mägdgen aber führet alsobald über dieser Auffschliessung des Hauses eine grosse Klage/ und saget unter andern: **Nun ist der Alten gerathen/und ich muß leiden! Sie ist mit einem Winde durch dz Hauß gefahren/ und hat ein Scheit-Holtz mitgenommen.** Ob nun wohl die Mutter gestehen muste/ daß ihr bey Eröffnung der Thüre ein Wind entgegen gegangen wäre; so hat man doch das Scheit-Holtz wegen des unordentlichen Hauffen so genau nicht vermissen können.

Jnmittelst continuiren nicht allein die Zufälle einmahl wie dz andere/ sondern es ereignete sich auch den 29. Martii/ohngefehr gegen 11. Uhr/vormittags ein neues Symptoma. Denn als die Eltern von denen hochachtbarn Stadt-Gerichten auff das Rathhauß erfordert sind/ steiget sie vorgedachte Zeit aus dem Bette/ tritt auff einen Stuhl/ und fänget allerley an zu reden. Die Leute aber/ welche sie

apertis foribus allatos cibos cum decenti gratiarum actione accipit. Puella autem dehac forium apertura confestim multum lamentatur, dicendo : *Nunc habet vetula quod vult, mihi verò parati sunt dolores; Vento quodam ædes nostras pervolavit, lignumque secarium secum abstulit.* Quamvis tunc matri fatendum esset, aperientem se fores ventum afflasse, segmentum tamen ligni, propter acervi hujus confusionem exacte desiderari non potuit.

Intereà symptomata illa furiosa non solum in eodem permanebant statu, sed etiam die 29. Martii, circa undecimam antemeridianam præter propter, novum accedebat symptoma. Absentibus nimirum parentibus, quos amplissimum Collegium Prætorianum oppidanum in curiam vocaverat, surgit dicto tempore filia ê lectulo, conscensaque sella varios cædit sermones. Hic equidem, quibus puellæ cura erat commissa, nihil sibi rari concipiunt, quod mirentur. Ast postquam sequentibus diebus insolitis

&

in acht nehmen sollen / bilden sich dabey nichts seltsames ein. Nachdem sie aber folgende Tage sich wieder mit wunderlichen Minen in die Höhe richtet / mit zugeschlossenen Augen / ohne Anhalten der Hände auff dem Seiten-Brete des Bettes gehet / den an dem Bette stehenden Stuhl zurechte rücket / sich darauff mit schamhafften Geberden stellet / das Lied: **Nun dancket alle GOtt / &c.** singet / hierauff mit deutlichen / wohlgesetzten und beweglichen Worten über eine viertel-Stunde von der Gedult im Leiden / von der Verstockung der Gottlosen / von der Krafft und Gewißheit der Göttl. Hülffe / zu reden anfänget / endlich nach gesprochenen Seegen / doch ohne Formirung des Creutzes mit der Hand / unter dem Liede: **Ich hab mein Sach Gott heimgestellt / &c.** wieder von dem Stuhle auff dem schmalen Bett-Brete in ihr Bette gehet / und so bald sie darein kommen ist / gewaltig überpurtzelt / und mit einem hefftigen paroxysmo überfallen wird; so wissen die bekümmerten Eltern nicht / was sie sich bey dergleichen wunderlichen Umständen einbilden sollen. Nehmen also ihre Zuflucht wieder zu den Geistlichen / welchen sie vorhero um tröstlichen Beystande in ihren grossen Hertzeleide ersucht hatten. Dieser läst es an seinem Einspruche nicht erman-

& mirabilibus gestibus in altum se levaret, & clausis oculis, ac sine manuum ministerio super lateralem spondæ asserem incederet, vultuquè modesto sellam, quam prius composuerat, conscenderet, hymnumque: *DEO grates omnes dicamus, &c.* decantaret, atque porrò de patientia in cruce, impiorum indu-ratione, de auxilii divini energia ac certitudine, verbis claris, tersis ac nervosis, ultra horæ quadrantem peroras-set, tandemque, adjecta benedictione ecclesiastica, omissà tamen signi crucis formatione, sub decantatione hymni: *Meas dicavi res DEO &c.* è sella super angustissimum spondæ asserem in lectulum se recepis-set, confestim acutissimo paroxysmo epileptico, gravissimis convulsivis motibus stipato, afficiebatur. Parentes hinc denuò ad illum Sacerdotem, qvem anteà in miseriis suis fidum experti erant paratatam, eumque de novo hoc symptomate certiorem faciunt. Hic nihil cunctatus idest, nec aliquid intermittit, quod ad erigendos miseros facere

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [32] - 16
PUBLIC DOMAIN

geln/trifft auch das arme Kind folgenden Tag in solcher Positur und Verrichtung selber an/ und muß sich über diese artige Beredsamkeit dieses unverständigen Kindes verwundern/lässet ihr unterdessen den Willen/ zu sehen/ was es vor einen Ausgang gewinnen werde. Als er nun die Warheit des von den Eltern ertheilten Berichts siehet und höret/ examiniret er das Mägdgen nach überstandenẽ paroxysmo, wie ihr anjetzo gewesen wäre? Ob sie wüste/ was sie gethan hätte? Ob sie sich nicht auff ein Lied besinnen könte? ꝛc. Sie antwortet aber auf alle Fragen: sie wisse nichts; sie könne sich auch auf kein Lied besinnen/ ausser was er ihr fleißig zu beten befohlen hätte: GOtt der Vater wohn uns bey/ ꝛc. Und: In dich hab ich gehoffet HErr/ ꝛc. Folgende Tage bemühet man sich/ ihr in der Rede zu obloquiren/ ein Stillschweigen zu gebieten/ sie mit Nahmen zu rufen/ und zu erinnern/ was sie thäte/ von der Stelle zu bewegen/ und allerhand Dinge vorzunehmen/ welche sie ermuntern oder confundiren solten. Aber sie ließ sich nicht das geringste irren/ sondern fuhr unveränderlich in ihren Discursu, und fürnemlich in epanorthosi, mit einem eyfrigen Affecte fort. Der Priester setzet endlich mit scharffen Zureden in sie/ und befra-

cere videbatur; quin & postero die miſellam in dicto ſtatu & occupationibus offendit, lepidumque hujus imperitæ puellæ eloquentiam non ſatis mirari potuit, rerum ſuarum ſatagere non obſtat, viſurus, qualem finem actio hæc ſit habitura. Conſpectâ igitur & perceptâ veritate ejus, quod parentes retulerant, quærit ceſſante paroxyſmo ex puella, quomodo ſe jam habuiſſet? num ſciret quid fecerit? & annon etiam hymni cujusdam meminerit? &c. Hæc autem ad ſingula reſpondet: Se nihil horum ſcire, neqve ullius meminiſſe hymni, præter eos, quos ſedulò orandos ipſi injunxerit, ut: *DEUS Pater nobiſcum ſit*, &c. *In Te locatur ſpes mea* &c. Sequentibus diebus conantur, qui adſunt, Concionatrici obloqui, ſilentium imperare, nomine proprio compellare, actiones improbare, loco movere, variaquè agere, quæ eam vel expergefacere vel confundere poſſent: Aſt concionatrix omnia hæc nihil planè morabatur, ſed in cœpto diſcurſu, cumprimis verò in pathetica epanorthoſi, ſtre-

get sie auff das ernstlichste / ob sie sich irgends verstelle? Sie solte die Warheit nicht verhalten; und wenn sie ja etwas Gutes reden wolte/möchte sie nur in ihrem Bette liegen bleiben/und solches ohne dergleichen/ und zum Theil gefährlichen Ceremonien verrichten. Allein sie hat von nichts wissen wollē/ auch sich mit vielen Thränen gegen die Eltern beklaget/ daß man ihr solche Dinge zumuthen wolte/ da sie doch so unkräfftig wäre / daß sie nicht gerne das Maul auffthäte/ und auff kein; Bein treten könte; wie wolte sie denn auffstehen / und so lange reden? Nichts destoweniger fuhr sie gantzer 14. Tage alle Tage 3. mahl/ nemlich einmahl Morgends/das andere mahl Mittags/und das dritte mahl Abends/ mit dergl. peroriren und Singen unausgesetzet fort.

Der Innhalt ihrer Discurse war ins gemein einerley / doch einmahl länger als das andere. Den 7. Aprilis hat man ihr folgende Rede zwischen 11. u. 12. Uhr nachgeschrieben.

Die Gnade GOttes des Vaters/ die Liebe JEsu Christi/ und die Gemeinschafft des H. Geistes sey/ und vermehre sich bey uns/ und bey euch allen. Amen!

nuè pergebat. Sacerdos tandem severè succlamabat, & num fortè hæc ita simularet, austero vultu perqvirebat, ac ne veritatem occuleret, hortabatur; quin si vel maximè boni quid profari animus sit, id potius in lectulo suo sine pomposis istis, ac periculosis partim, ceremoniis faceret. Sed omnium se ignaram iterum professa est; coram parentibus etiam, multis profusis lachrymis, conquesta, quod hæcce talia imputentur, cùm tamen adeò sit infirma, ut vix os aperire, aut talum movere, multò minus surgere, & tanto temporis spatio perorare possit.

Materia & forma discursus communiter una eademque erat, nisi quòd una homilia alterâ esset vel brevior vel prolixior; Sequentia verò die decimo septimo Aprilis, intra undecimam ex ore ejus sunt excerpta:

Gratia DEI Patris, Amor JESU CHRISTI, & communicatio SPIRITUS SANCTI, penes me & penes vos sit & augeatur. Amen!

Hîc

Hierauff gesungen zwey Verse aus dem Liede: Nun dancket alle GOtt. ꝛc. Alsdenn angefangen zu reden:

O Traurigkeit! o Hertze-Leid! ist das nicht zu beklagen! Ich komme daher/ als eine Dienerin GOttes! Mein liebe Christe/ sey getrost in deinem Creutze. Zwar das Creutze fällt uns schwer/ weil es so lange währet. Aber verzage nicht in deinem grossen Elende/ GOtt wird die Hand über dir halten. Wenn die Hand Gottes nicht wäre über uns gewesen / so wären wir lange untergangen. Ich armes Kind muß seuffzen: Das Wasser gehet mir biß an die Seele! Aber HErr sey uns gnädig/ und zeug nicht die Hand von uns ab/ weiter zu helffen. Erhöre unser Gebet und unser Schreyen/ ob gleich der Mund fast nicht mehr reden kan/ und die Seele matt ist/ und die Zunge sich nicht mehr beugen will; O HErre! so erhöre doch deines Kindes Seuffzen/ und stärcke meine matte Seele. Aber wehe dir/ der du

Hìc cecinit duos versiculos hymni: *Omnes DEO grates dicamus, &c.* quibus finitis ita loquebatur:

O mœror! o cordolium! maximè deploranda. Accedo ad vos ministra DEI. Dilecta Christiana, cordato animo crucem tuam perfer. Onerosa equidem nobis est crux, propter diuturnitatem; sed noli desperare in tanta miseria tua, DEUS manu suâ te proteget. Manus DEI si supra nos non fuisset extensa, dudum periissemus. Misera ego gemiscere cogor; Intraverunt aquæ ad animam usque meam. Sed miserere nostri Domine, & manus tuas auxiliatrices imposterum ne aufferas â nobis. Exaudi Orationem nostram & clamorem nostrum! quanquam os vix fari ulterius possit, & anima langueat, nec linguæ motus por-

in des Satans Stricken geheſt/ und läſſeſt dich den Satan verführen! Du wilſt deine Tücken nicht offenbahren/ es lieget dir wie ein groſſer Stein auff deinem Hertzen/ du wirſt ſie doch müſſen an den Tag geben/ und deine Seele wird ſelbſt Rache über dich ſchreyen; denn du haſt manch Mutter-Kind in die Erde gebracht. Ach wehe dir! wehe dir ewig! Ach wie mancher Menſch ſtellet ſich ſo heilig/ als wäre er der Heiligſte/ und gehet in das Gottes-Hauß; aber er ſchläfft darinne/ der Satan ſtopffet ihm ſeine Ohren zu/ daß er nicht hören kan. Er ſtellet ſich vor den Leuten ſo heilig/ und ſpricht noch wohl/ er habe keine Sünde. O wehe dir/ der du ſolches thuſt! Denn ein frommer Chriſt bekennet es/ daß er ein Sünder ſey. Wir ſind ja alle in Sünden empfangen und gebohren/ und nackend auff die

rò ſufficiat, exaudi tamen, Domine, filiæ tuæ ſuſpiria, & animam meam labaſcentem conforta. Væ autem tibi, quæ Satanæ laqueis irretita incedis, & Satanæ aures præbes! ſcelera tua, quæ cor tuum ſaxi inſtar premunt, diſſimulas; non amplius tamen celare poteris, & ipſa anima tua DEUM ad vindictam provocabit; multos enim bonos bonasque vitâ privaſti. Ah væ tibi in æternum! Ah quam multi hominum ſanctiſſimos ſe ſimulant, adesq; Dei ſacras frequentant: ſed dormiunt in his, Satanas aures ipſis obturat, ne audiant. Peſſimum hominum genus eſt, quod ſe in vulgus jactitat, dicens: nunquam peccavi. O væ tibi, qui ſic facis! pius enim Chriſtianus confiteri non veretur, ſe eſſe peccatorem. Omnes certè in peccatis concepti ac nati, &

nu-

Welt kommen. Mein lieber Christ verzage nicht in deinem Creutze. Wem hänget das Creutze mehr an / als einem Frommen? Ja / einem Gottlosen gehet es immer wohl / und hat Freude an dem / wie er einen Frommen plagen kan. O mein Kind / verzage nicht in deinem Creutze / halte fest an deinem GOTT / denn GOtt kan helffen / und kein Mensch. Drum mein lieber Christe / biß getrost! wenn der bittere Creutz-Kelch wird voll seyn / alsdenn wird der HErr JESUS kommen / und wird ihn versüssen. Ich komme nicht von mir selbst / sondern ich bin von GOTT gesandt. Nun HERR JESU / wo bleibest du doch so lange? Mir wird sehr angst und bange! Nun HERR JESU kom̃ / und stärcke mich. HERR / neige deine Ohren zu mir / und sey mir gnädig. Fallet auff die Knie nieder / und betet ein andächtiges Vater Unser. Der HErr seegne euch und behüte euch / ꝛc.

Amen!

nudi mundũ ingressi sumus. Noli quæso, dilecta Christiana, in cruce tua desperare. Quis enim mortaliũ magis affligitur cruce, quam homo pius? Impiis nimirum semper benè est, & de piorum tribulationibus lætantur. Ne ergò, filia mea, in cruce tua desperа, quin potius DEO tuo firmiter adhæresce; DEUS enim juvare potest, nec ullus hominum. Confide ergò DEO, dilecta Christiana; cùm amarus crucis calix satis fuerit repletus veniet JESUS, & illum edulcorabit. Per me ipsam non venio, sed à DEO sum missa. Ah mi JESU! moras tantas cur nectis? valdè angor atque excrucior. Veni ergò, JESU! & me conforta! Inclina aures tuas, & miserere mei! Procumbite in genua, & devoto animo orate Orationem Dominicam. Deus benedicat Vobis & custodiat Vos &c. Amen!

Darauff gesungen den ersten Vers: Ich hab mein Sach GOTT heimgestellt/ ꝛc. Und singende mit diesen Reime beschlossen:

Nun Ade! o Jammer-Welt/
Du elend böses Leben/
Die nichts als Jammer in sich hält/
Dir will ich Abschied geben.

Folgender Zeit ist sie nur zwey mal des Tages aufgetreten/uñ hat inder Marter-Woche die Materie ihrer Rede von dem bittern Leiden und Sterben JESU Christi genommen/ auch damit continuiret/ biß sie den 19. Aprilis zwischen 12. und 1. Uhr in ihrer Sermon errinnert/ sie hätte nunmehro das Amt erfüllet/ daß ihr von GOtt wäre auffgetragen worden. Die geängstete Seele solte die Tröstungen mercken/ und sich nichts von GOtt und dem Vertrauen auff seine Hülffe abwendig machen lassen. Solte sie der Satan weiter anfechten wollen/ so möchte sie ihn verachten/ anspeyen und sagen: Du hast hier nichts zu schaffen/ du gehöreſt in den Abgrund der Höllen. Sie käme nunmehro zum letzten mahle im Nahmen GOttes zu ihnen/ und würde künfftig nichts mehr errinnern. Wie sie nun an einer Mittwoche die Reden angefangen hatte/ also hat sie

Concione sic finitâ ceçinit versum primum hymni: *Meas dicavi res Deo, &c.* simulquè concluſit illum decantando rhythmos binos, quorum tenor versu sequenti ita sonat:

Munde immunde vale; tuque improbavita valeto:
Nil nisi tristitia est res tua spesque. Vale!

Sequentibus diebus binis tantum vicibus quotidiè cathedram suam conscendit; in hebdomade tamen Palmarum argumentum Orationis suæ fuit de acerbissima passione ac morte JESU CHRISTI, hocque sacro labore continuavit ad 19. Aprilis usque, quo nimirum die intra duodecimam & primam horam monuit: Satisfeciſſe nunc jam muneri â DEO sibi commisso: Coangustatæ animæ interim notatu dignas allatas esse consolationes, ne quicquam â DEO & fiducia in eum ipsam avellat: Quòd si etiam fieret, ut porrò â Satana tentationibus exerceretur, contemnat eum, & inspuat, dicendo: Nihil tibi negotii hic est; locus tibi destinatus inferni barathrum est. Subjunxit tandem:

se

auch an einer Mittwoche damit den Schluß gemacht/ und biß hieher auff solche Art nichts mehr vorgenommen. Als sie nach dieser zuletzt gehaltenen Rede von einer anwesenden Person/ welche sie angehöret hatte/ gefraget würde/ wo sie denn gewesen wäre? Gab sie zur Antwort: **Auff einer grünen Wiese; bey ihr wäre ein weiß Männgen gewesen/ und hätte zu ihr gesagt: Mein liebes Kind/ ich führe dich auff die grüne Wiese; Nun wird dir besser werden.** Die alte Sabine hätte auch auf die Wiese kommen wollen/ aber das weisse Männgen hätte sie immer abgehalten.

Hierbey ist noch zu gedencken/ daß sie den 7. Aprilis vorher eine neue und gantz unvermuthete Action vorgenommen. Sintemahl sie itztgedachten Tages aus dem Bette bey guten Verstande umb den Mittag auffgestanden/ und zu dem Vater gesaget: **Nun werde ich die Hexerey finden/ welche die alte Sabine in unser Hauß gebracht hat.** Als sie der Vater fragte/ was es denn seyn werde? antwortet sie: **Es wird ein Schräubel seyn/ damit hat sie mir den Mund zugeschraubet; ein paar Beinigen; etliche grüne Blätter/ da ist eines darbey/ auff welchen die Läuse sitzen/ die sie mir auf den**

se nunc ultimâ vice in nomine DEI, cathedram adscendisse, nec quicquam ulterius posthac monituram esse. Uti igitur die quodam Mercurii Concionibus suis initium fecit, ita & Mercurii suprà dicto die finem iisdem imposuit, nec tale qvicqvam post ausa est. Finito hoc ultimo sermone, à quopiam auditorum interrogata; ubinam locorum jam fuisset? respondit: *in viridi ac perpulchro prato*; adstitisse sibi etiam virunculum quendam album, qui ipsi dixerit: *Duco Te, dilecta mea filia, jamjam ultimâ hâc vice in pratum viride, & nunc valebis.* Vetulam Sabinam, pergebat, voluisse etiam hoc pratum conscendere, sed virunculum album accessum ejus inhibuisse.

Hic cumprimis illud adhuc memorandum venit, quod 7. Aprilis novam ac plane inopinam actionem expediendam sumpserit. Circa meridiem nimirum sanâ ratione è lectulo surgens patrem ita est allocuta: *Fascinum nunc tandem inveniam, quod Sabina vetula in ædes nostras intulit!* Cùm igitur pater ex illa quæreret, quidnā hoc esse pu-

Kopff geheret hatte / und die ich ihr wieder nachschmiß; ein zusammengebogenes Eisen; ein Thierlein / das Schuppen hat / das ist das Hexen-Männel. Es ist zwar noch mehr / ich werde es aber erst auff den Abend / oder morgen früh finden. Also wanderte sie auff den Winckel zu / in welchen sie zum öfftern die alte Sabine wolte gesehen haben / und bringet immer eines nach den andern hervor / da doch selbigen Tages die gantze Stube / und auch dieser Winckel mit grossen Fleiß war ausgekehret worden. Anff den Abend bringet sie erstlich ein Papier / darinne ein Flecklein von einem schwartzen Flore lag / und drey Spänel hervor. Sonnabends früh sucht sie wieder / und findet eine Korn-Aehre / und eine Tasche / darinnen die Radē wächset / etliche Stecke-Nadeln / ein Wüschel Haare und eine Zwecke. Hierauff wird sie ernstlich examiniret: Woher sie gewust habe / daß dergleichen Dinge daselbst lägen? Und giebet zur Antwort: Es hätte ihr schon vor etlichen Wochen geträumet / als wenn sie oben in der Kammer in den Himmel-Bette / welches man ihr erst diese Tage in die Stube geschlagen hatte / läge / und ein weiß Männgen über der Decke herunter sähe / mit ihr

putet? respondit: *Cochleolar erit, quô os mihi clausit; duo ossicula; folia aliquot viridantia, quorum uni pediculi isti inhærent, quibus caput meum per fascinum obruerat, & quos in tergum ejus projiciebam; ferrum in se retorsum; animalculum squamatum, & hoc ipsum virunculus est incantatorius. Adsunt quidem hujus generis multa plura, sed ea vesperi demum, vel cras etiam circa diluculum à me reperientur.* His dictis, in eundem hypocausti angulum se confert, in quo sæpius Sabinam vetulam se conspexisse dicebat; & ordine singula in conspectum profert, cùm tamen eo ipso die totum pavimentum, adeoque & angulus iste, verrendo diligentissimè expurgata fuerint. Sub vesperam demum chartam, cui particula texturæ holosericæ nigræ tenuissimæ involuta, & duo recisamenta lignea, profert. Die Sabbathi manè iterum quærit, & reperit spicam frumenti, item bursulam, cui nigellastrum increscit; aliquot aciculas; fasciculum capillorum, & clavulum. His ita repertis, severè interrogatur, undenam sciverit, hujusmodi res ibidem esse positas? Respondet: se jamtum ante aliquot septimanas in somno vidisse, quasi in camera superioris contignationis in sponda cœlata illa, quam nu-

redete/ und ihr dieſe Hexerey in den Winckel zu ſuchen befohlen hätte? Es wäre ihr aber ſolches werckſtellig zu machen nicht eher/ als itzund/ möglich geweſen.

Doch dieſen allen ungeachtet lieſſen die vorigen paroxyſmi nicht nach. Die Kranckheit eludirte auch alle Medicamenta, welche ihr von dem Herrn Medico mit groſſen Fleiſſe verordnet wurden. Ja/ je ſorgfältiger man mit der Artzney anhielt/ deſto ſchwächer ſchiene das Kind zu werden/ und deſto gewaltiger ſatzten ihr die ſeltzamen Affectus zu. Weil auch zu gewiſſer Zeit eine ſehr groſſe Bangigkeit darzu ſchlug/ daß das gute Kind in der Stube zu bleiben nicht vermochte; ſo dachte man ihr einige Linderung durch Veränderung des Logiaments zu ſchaffen/ und brachte ſie in der Nachbarſchafft in ein Stübgen. Doch es war alles vergebens. Das Leiden mehrete ſich über die vorigen Zufälle durch ein behendes herumb lauffen/ daß ſie zu gewiſſer Zeit aus dem Bette ſprang/ in der Stube hin und wieder lieff/ und nirgends eine bleibende Stätte finden kunte. Sie ſchlug öffters in die Hölle mit greulichen Geberden/ und gab vor/ die alte Sabine ſtünde darinne; ſtritt auch mit ihr/ als wenn ſie leibhafftig vor ihr wäre. Sie wuſte aber von allen dieſen Vor-

nudius tertius in hypocauſtum transtuliſſent, cubaret, & albus virunculus ê cœlo ſpondæ proſpiciens, faſcinum hoc in angulo qværere juſſiſſet; qvod tamen effectum dare nunqvam, niſi jam potuiſſet.

His non obſtantibus, priores paroxyſmi nullatenus remittebant; Morbus etiam omnia eludebat medicamenta, magnâ circumſpectione â Dno Medico præſcripta. Quinimò quanto major cura profligando malo adhiberetur, tantoque inſolentius inſoliti hi affectus eam torquebant. Cùm & ſtato tempore maximæ præcordiorum anxietates accederent, adeò ut miſeræ decumbenti in hypocauſto iſto permanere vix posſibile eſſet, parentes ſpe alicujus levaminis, domicilio mutato ipſam in hypocauſtum vicini cujusdam anguſtius transferri curarunt; ſed irrito planè conatu. Etenim morbus cum hactenus dictis ſymptomatis convulſivis augebatur in epilepſiam curſivam, quâ miſera nempe certo tempore ê lectulo proſiliens per hypocauſtum celerrimè curſitabat, nullumque locum, ubi conquieſceret, reperire poterat. Sæpiùs in angulo poſt fornacem conſidens horridis geſtibus manus vibrabat, dicens vetulam iſtam Sabinam hîc eſſe præſentem; cum

nehmen nichts/ wenn sie wieder zu sich kam. Weil sich nun keine Besserung ereignen wolte/ so ward sie wieder den 3. Maji in ihre Behausung gebracht. Immittelst ward auch durch diese Veränderung in den obberührten Zufällen nicht das geringste geändert.

Den 21. Junii starb die alte Sabine in ihrem Gefängnisse über alles Vermuthen/ und bald darauff/ als sie eines und das andere zu entdecken von weiten angefangen hatte. Da nun die Mutter ihrer armseeligen Tochter von diesem Todes-Falle Nachricht ertheilete/ richtete sie sich in etwas auff/ und sprach: **Seyd getrost/ nun wird sich GOtt meiner erbarmen/ und mir wieder helffen.** Dieser Glaube der geplagten Tochter ward herrlich gestärcket/ da in den folgenden Tagen die seltzamen paroxysmi nach und nach leidlicher wurden. Endlich den 26. Junii Abends um 5. Uhr forderte das krancke Mägdgen ihre Kleider/ zog dieselben mit grossen Erstaunen und untermengter Freude der Eltern an/ stieg aus dem Bette/ und gieng/ wiewohl etwas taumelnde/ in der Stube herumb/ schlieff auch die folgende Nacht gar geruhig. Bey anbrechenden Morgen errinnerte sie ihre Eltern: Nun hätten sie Ursache/ GOtt vor die

qua & stomachabatur, non aliter ac si hæc corpore adesset. Omnium verò jam actorum, ad sanam rationem rediens, ignara erat. Cùm igitur & hîc nulla spes recuperandæ sanitatis appareret, tertio Maji in ædes paternas reportata est; Intereà neque sic qvicqvam symptomata suprà dicta remiserunt.

Die 21. Junii vetula illa Sabina, præter omnium spem, in carcere moriebatur, & quidem eodem tempore, quo paulò antè unum alterumque delictum per ambages fateri cœpisset. Mortem hanc cùm mater misellæ filiæ nunciasset, aliquantum se erigens dicebat: *Cordato esto animo! nunc DEUS mei miserebitur, opem brevi laturus!* Hoc solatium consternatis parentibus datum, hæcque filiæ afflictissimæ fiducia, nimium quantum crescebat, cùm sequentibus diebus paroxysmi dicti insoliti sensim sensimq; decrescerent. Tandem 26. Junii circa quintam vespertinam filia hactenus ægrota vestes suas postulabat, iisque obstupescentibus & simul tripudiantib9 parentibus se induebat, è lectulo surgebat, & titubante licet talo per hypocaustum deambulabat, qviescebat etiam sequenti nocte satis placidè. Primo diluculo parentes admonebat, jam tempus esse, gratiæ DEO, pro immensa

grosse Gnade und wunderbare Hülffe zu dancken. Sie selbst wolte den ersten Gang in das Hauß des HErrn/und den andern zu ihren Seel-Sorger/ welcher sie in ihren Elende mit dem Worte des Allmächtigen auffgerichtet hätte/ seyn lassen. Dieses geschahe auch noch an denselbigen Tage/ als den 27. Junii/ Abends um 4. Uhr; denn sie fand sich in dem gewöhnlichen Abend-Gebete ein. Darnach besuchte sie den Priester/ welcher damals kranck darnieder lag/ und durch ihren unverhofften Zuspruch hertzlich erfreuet/ auch zum inbrünstigen Lobe der göttlichen Allmacht und Barmhertzigkeit kräfftig ermuntert ward. Von dieser Zeit an ist sie nicht allein von keinem paroxysmo überfallen worden/ sondern es hat ihr auch kein Glied an ihrem Leibe wehe gethan/da man doch bey den grausamen Renckungen/erschrecklichen Verdrehungen / erbärmlichen Auffblasungen / gewaltsamen Werffungen/ und vielen andern unbeschreiblichen Martern/ nach Menschlichen Verstande / keine andere Rechnung machen konte/ als sie würde nach überstandenen Zufällen am gantzen Leibe ein Krüpel seyn. Sie hat nach der göttlichen Hülffe über nichts/ als über das Hertze geklaget; hiernechst wenig von Speise und Tranck zu sich

mensa bonitate & ope concessa, ut agerentur, quam ob causam ipsa secum constituisset, primo omnium sacram Dei ædem, postmodum verò eum verbi divini ministrum, qui animæ suæ curam gerens elogio altissimi miserias perpessas mirum quantum mitigasset, visitare. Id quod etiam illo ipso die effectum dedit, die nimirum 27. Junii, quartâ pomeridianâ , quo tempore precibus consuetis vespertinis interfuit , quibus absolutis Sacerdotem sæpiùs memoratum,tunc verò temporis ægrotantem visitavit, qui inopinato illius accessu mirum in modum recreatus in laudem omnipotentiæ ac misericordiæ divinæ vegetus prorumpebat. Ab eo tempore non solùm ab omni paroxysmi recursu immunis fuit, sed nullum quoque dolorem in ullo corporis membro ulterius persensit, quanquam post tot crudeles artuum tensiones , miserandas abdominis inflationes, violentas jectigationes, aliosque innumerabiles cruciatus, nemini dubium fuit, quin, superatis his symptomatibus in artubus contorta & clauda sit futura. Restituta, Dei auxilio, sanitati de nullo amplius, nisi præcordiorum doloribus conquesta est; parum tamem

genommen/ und unter den Gesichte sehr blaß ausgesehen/ wiewohl auch diese Zufälle haben sich guten theils nunmehro/ da ich dieses den 7. Nov. schreibe/ durch GOttes Gnade verlohren.

cibi & potus hactenus assumpsit, & tota in facie expalluit: quanquam & hæc symptomata, dum hæc 7. Novembris 1702. scribo, maximâ ex parte, per Dei gratiam, evanuerunt.

RESOLUTIO PHYSIOLOGICO-MAGICO-MEDICA.

CAsus hic luctuosissimus, rarâ & mira symptomatum facultatis animalis syndrome stipatus, curioso ac sedulo indagatori sistit *Epilepsiam secundi gradus*, quæ vulgò *Dæmoniaca* vocari solet, propter neglectum quondam nervorum ac musculorum usum, & hinc suppositam illam, â fictis Ethnicorum Græcorum ac Judæorum superstitiosorum Dæmonibus aëreis, aut ipso Diabolo infernali Obsessionem: cujus affectus historiam desideratissimus noster quondam Præceptor, *B. Ettmüllerus, in Colleg. Pract. T. Opp. II. p. m. 875. seqq.* describit & explicat. In epilepsia nempe nostra, quæ in affectus catalepticos non rarò abit, universum *puellæ fascinatæ corpus dirissimis agitationibus & motibus convulsivis concutitur, ridiculis gesticulationibus, cursitationibus, saltationibus & gyrationibus ac rotationibus* quandoq; exercetur, quorum etiam phænomenorum ratione modus hic â Practicis Epilepsia Cursiva, Saltatoria & Rotatoria insignitur. Quo plures enim musculos hæ vel illæ corporis partes obtinent, eo graviùs pro varia illorum ac tendinosarum partium structura atque modificatione & irritatione, nunc convelluntur, nunc contrahuntur nunc extenduntur. Unde in epileptica nostra oculorum musculis variè irritatis, convulsis & extensis *oculi nunc subvertuntur nunc contorquentur, nunc protuberant:* contractis faucium & asperæ arteriæ musculis *puella obmutescit, & potum magno conatu sorbillare, eumque difficilè atque cum suffocationis metu deglutire cogi-*

cogitur: musculorum maxillam inferiorem flectentium extensione spasmodicâ *rictum ad obmutescentiam usque distentat*: spasmodicâ musculorum linguæ contractione hæc *in fauces retrahitur*: simili sphincteris musculi in labiis contractione *os carpionis repræsentat*: spasmodicâ pulmonum inflatione & agitatione, horumq; nimiâ bronchiorum ac vesicularum dilatatione *suffocatio imminet*, unde ægrota *obrigescit*, atque *saliva*, propter aëris intrantis miscelam, agitationem & distensionē, *circa os spumescit*: spasmodicâ musculorum ac tendinum in brachiis distensione hujusque modificatione varia, *brachia cum ingenti articulorum strepitu mox antrorsum mox retrorsum extenduntur*: spasmodicâ musculorum dorsalium extensorum, spinam dirigentium, contractione *dorsum incurvatur introrsum in arcum concavum*. Imò musculorum pectoralium, nec non utriusque cubiti & carpi flexorum atque extensorum convulsione tonicâ, *extensis brachiis perpendiculariter elevatur, ac si fune in altum raperetur; & aliquando ê lecto in sublime elata utriusque manus unguibus hypocausti tectum radit*: nunc sensuum cessante rectitudine mens, pro varia animæ aut spirituum animalium modificatione, variaq; phantasiæ, eaque majori & minori alteratione, deliriis pervertitur; & quidem mox placidis, unde *crepundiorum tractatio*; nunc furiosis, unde *in suspectam incantatricem increpationes*: nunc valida, certisque periodis, partim fibrillarum cerebri medullarium, corpus callosum seu centrum ovale, magnum nimirum illùd spirituum animalium dispensatorium juxta *Vieussen Nevrolog.* & *Ridley Anat. Cerebri*, constituentium, partim etiam medullæ oblongatæ, constrictione spasmodica ac spasmo tonico, hinc orta animæ seu spirituum animaliū â motu ac elatere ad centrum dictum & medullam oblongatam usque interceptione, adeoque sensuum internorum & externorum, unà cum partium motibus voluntariis ad tempus sublatis, cessatione, machina corporea instar statuæ rigida, & in una ac eadem positura toto paroxysmi tempore permanens, omnesque *Sacerdotis requisiti aliorumque adstantium*

motitationes & acclamationes eludens, in Catalepsin abripitur quotidianam, nunc triplicatam nunc duplicatam. In quo paroxysmo mens animâ tanquam vinculo suo destituta, corporis commercio excluditur, unde ad pristinam libertatem & perfectionem rediens, tanquam auræ divinæ particula omniscia, *peroratione concionatoriâ de patientiâ in cruce, impiorum induratione, auxilii Divini energia & certitudine, &c.* speciatim tandem *in hebdomade Palmarum de acerbissima passione ac morte JESU CHRISTI, &c. sermones fundit.* Pariter ex eadem, utut leviori & modificata saltem, dictarum fibrillarum constrictione, hincquè animæ influxu naturali quadantenus suffiaminato, hujusquè tranquillo statu, *insomnia dormientis factorum & faciendorum admonentia*; nec non ipsæ catalepticæ actiones, *præteritorum, præsentium & futurorum prædictiones*; accedentibus quoque impressionibus idealibus *somnia ac deliria ecstatica*, ortum suum nacta videntur.

Simile ferè exemplum epilepsiæ ita dictæ Dæmoniacæ, seu quæ diabolum mentita fuit, allegat ex relatione *Hannemanni Thom. Bartholinus in Actor. Medicor. Hafniens. Volum. II. Observ. 8.* in adolescente militari octodecim annorum, in qua simul cuilibet eadem linguâ, qva ipsum allocuti sunt, sive Gallicâ sive Latinâ, vel etiam aliâ respondit: & *Fernelius de Abdit. Rerum Causis Lib. II. cap. 16.* de juvene quodam equestri, qui tertiô epilepsiæ talis mense linguâ Græcâ, hujus anteà ignarus, locutus est, multaque assidentium, imprimis Medicorum, secreta detexit. Sicut etiam Casui nostro non absimiles motus convulsivos & membrorum agitationes sub epilepsiæ maniacæ similisquè secundi gradus paroxysmis referunt *Matthæus XV, 22. Marcus VII, 25.* (κακῶς enim i. e. horribilibus motibus δαιμονίζεσθο mulieris Cananææ, Græco-Syrophœnissæ nempè filia) *IX, 17-22. Lucas IX, 38-42.*; & de Petro Ottone, mediastino primùm Pragensi, milite pòst Magdeburgensi *Scriverus Relat. Histor.* **eines verlohrnen und wiedergefundenen Schäffleins** §. 40. 41. 42. 47. 48. 65. 66. 67. 77. 78. 80. — 85. 89. 92. & 112.; *Autor* itidem **des** *Agentens Funct. II. p. 567 — 570.* de Balthasaris Reichelii, **Civis** & Fabri murarii in oppidulo Granaten sub arce **Tharand** sito

sito, filiolo tribusque filiabus, ab Experientissimo Archiatro Regio & Electorali Saxonico *Dn. D. Zapffio*, feliciter curatis, Πνεῦμα non solùm sed & Αἷμα ἀκάθαρτον purificando, atque per diaphoresin partim, partim in sex annorũ filiolo mediantibus vesiculis & pustulis, Δαιμόνιον hoc superstitiosũ, serum potius acre & caustícum spiritus animales inquinans, eosq; & totius corporeæ machinæ musculos ad tales convulsiones horribilesq; actiones irritans, eliminando; necnon *Hagendornius Histor. Medico-Phys. Cent. III. Histor. 100. p. 416-419.* de virgine quadam rustica, dubio procul fascinata, quæ & certis periodis verba quædam Græcanica murmuravit, & interdum idiomate incognito sermones fecit. Curiosam & similem ferè Observationem de Virgine quadam epileptica communicavit Academ. Naturæ Curiosor. Oribasius, *Lentilius, Anno VI. Decur. II. Observ. 201.* Epilepsiæ cursivæ & saltatoriæ mentionem faciunt *Bootius de Affect. Omiss. cap. 6., Johannes-Marcus Marci in Liturg. Mentis cap. I. pag. 2. Riverius T. I. Prax. c. 7. p. m. 75., Dravvitius de Scorbuto Tit. II. p. m. 79., Dolæus in Anno III. Ephemer. dictarum Decur. II. Observ. 196. p. 331.*, & *Acoluthus in jam dicti Anni Observ. 168. p. 154.*, nunquam Otiosus Academ. Naturæ Curios. Arion, *Paullini, in Anno III. Decur. III. Observat. 181. pag. 313.* & unà cum Catalepsi, in Curiosissimarum suarum *Observ. Medico-Physicar. Fascic. I. Appendici Anni V. Decur. II. annexo, Observat. 2. pag. 6.*, & unà cum deliriis, nunc obmutescentia, nunc pedum incurvatione, &c. à fascino *Agricola Commentar. in Poppium de Antimon. in P. II. Proceff. Chymicor. p. m. 689.* De epilepsia rotatoria videantur *Willisius in Pathолog. Cerebri*, ubi de Epilepsia, *Bartholinus Histor. Anatom. Cent. II. Obs. 90. p. 302. Johannes-Marcus Marci l. a., Annus IIX. Ephemer. sæpiùs dictarum Decur. I. Observ. 7., & Annus III. Decur. III. Obs. 87. p. 131.* Oculorum contorsionem, horumque in paroxysmo epileptico pugni instar protuberantiam, observarunt D. Myrrhen in *dictar. Ephemer. Anno IX. & X. Decur. III. Obs. 221. p. 394.* & *Salmuth Cent. II. Histor. 42.* Notabilis quoque secundi gradus epilepsia cum catalepsi allegatur in *Anno III. Decur. III. Ephemer. Nat. Curios. Obs. 88.*, ubi *p. 139.* machina corporea, convulsionis musculorum tonicæ vehementiâ, æquali motu in altum elata; & *à Joh. Marco Marci l. a.* de quodam, qui vi tonicæ talis convulsionis in sublime elatus, in aëre pendulus detenten-

tentus fuit, cujus in aërequietem motui virtute tonicâ æquipollere, egregiè judicat *Idem ibidem*; item de duobus pueris novem atque sedecim annorum in *Balthas. Bekkeri Mundo Fascin. Lib. IV. cap. 28. §. 3. & 5. ex Johann. Brunsmanni Energum. Coagiens. sive Histor. de Cacodem. Tentatione.* Huc tandem certo modo pertinet mirabilis epilepsia, clonica & tonica simul, quæ refertur in *Timæi à Güldenklee Epist. Medicin. Lib. I. Epist. 9. p. m. 470. seqq.*, *Zittmanni Medic. Forensi Cent. VI. Casu 46. Resp. I. p. 1552-1554.* & à *Bekkero l. a. cap. 25. §. 6.*; uti & commiseratione dignissima illa, cum velocissimis quasi volatibus, nunc ex uno hypocausti angulo in alium, nunc à pavimento ad fenestram, nunc in superiorem fornacis partem aviculæ instar saliendo, nunc per inferiorem fornacis partem, spatium puerulo vix sufficiens, citissimè perreptando: quam de Illustrissima quadam Imperii status persona *sub Morbi complicati Titulo* ingeniosè satis refert Collega noster æstumatissimus *D. Myrrhen l. a.*

Causam Occasionalem in ægrota nostra meritò assignamus fascino, statuentes *Causam proximam materialem* effluvia liquoris aquei prope fores Altmanni effusi ac in gyrum dispersi; nec non clavem, quam incantatrix circa baculum suum aliquoties gyravit; & media illa Magica in quodam hypocausti angulo reperta.

Quoad *liquorem aqueum*: hunc decoctum quoddam cujusdam Vegetabilis, deleteriâ qualitate præditi, fuisse augurari licet, v. g. cicutæ, hyoscyami, daturæ sive dutroæ Indorum, mandragoræ, solani furiosi, aut similis plantæ narcoticæ phantasticâ vi præditæ: qualium plura allegantur in *Linscotii Navigat. P. I. c. 31. p. m. 96.*, *& P. IV. cap. 17. p. m. 44. 45.*, Mandelslohs Ost-Indianischen Reise-Beschreib. *p. 133.*, *Tavernierii Itiner. Pers. Lib. V. cap. 17. p. m 270.*, *Schotto Append. ad Lib. XXII. Phys. Curiosæ c. 3. §. 5. p. 1335.*, *Pancirolli Memorab. Lib. II. Tit. I.*, *Christoph. à Costa Lib. Aromat.*, *P. Alpino de Plant. Exotic. Lib. II. cap. 3.*, *Borrichii Sapient. Hermetis Ægypt. & Chemicor. cap. 4. p. 129. 130.*, *Portæ Mag. Natur. Lib. IIX. cap. 2. & 3. p. m. 335-339.*, *Torrentii Notis ad Histor. Mexican. Lib. IV. cap. 18. & Lib. IIX. cap. 28.*, *Bartholino l. a. Cent. VI. Obs. 86. p. 331. & 332.*, *Döringii Tract. de Opio pag. 70-81.*

hujus-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [48] - 32
PUBLIC DOMAIN

hujusque Præfatione, nec non una cum similibus ex regno animali desumptis mediis, in *Alberti Magni*, vel potiùs *Thomæ Cantipratani*, *Mirabil. Mundi*, & *Anonymi* cujusdam *Colloqu. Theologi Philosophizantis & Philos. Theologiz. de Mag. Natur. p. 80-85.* Curiosioribus enim & expertioribus Practicis ignotum esse non potest, quantas animæ eccentricitates, & hinc imaginationis dislocationem, solius hyoscyami effluvia ac atmosphæra, citra ullam etiam incantationem & diaboli concursum, inferre soleant, nunc suffitus aut fotus ac unguenti formâ applicati, nunc clystere injecti, nunc solâ seminis in hypocausto calefacto repositione, nunc ejus in fideliarum calidarum cavitatem aut pavimentum projectione &c. Cujus stupendi effectus in excitandis altercationibus, somniis phantasticis, aliisquè ridiculis deliriis, constabunt non solùm ex *Paracelsi Philos. Magna & Occulta*, *Cornel. Agrippæ à Nettesheim Occulta Philosoph. Lib. I. c. 43. p. 56.*, *Godelmanni Tract. de Mag. Venef. & Lam. Lib. II. cap. 4. §. II. p. m. 48.*, *Borelli Observat. Medico-Phys. C. IV. Obs. 5.*, & *laudati Ettmülleri l. a. p. 938*, nec non Chemnicensium Æsculapii, Dni L. *Garmanni*, *Observ. 66. adnexoque Scholio in Anno VII. & IIX. Ephemer. Nat. Curios. Dec. III. p. 106-114.*, sed propriis etiam Observationibus, quas hyoscyami alterci occasione, & Observationis Garmannianæ in gratiam, recensere lubet.

Anno Christi, ni fallor 1669. Dresdæ in Pharmacopolio Mülleriano tyroni cuidam, *Johanni-Georgio Menzelio*, Dresdensi, seminis hyoscyami pulverisatio demandabatur, quod propter oleositatem, hinc in mortario factam conglobationem, pro faciliori per cribrum trajectione exsiccare putabat, unde massam hanc conglobatam capsulæ chartaceæ inclusâ super capella arenaria calida posuerat: horæ autem dimidio nondum elapso charta per nimium arenæ calorem nigredine primùm infecta, tandem scintillis ipsis igneis conceptis, comburi incipit, semenq; hyoscyami inferiori ex parte jam accensum fumo exhalante Laboratorium effluviis suis implet, & tragicis partim altercationibus, partim ridiculis gesticulationib9 & imaginationib9 occasionem præbuit. Propter seminis enim dicti scintillantis sollicitâ nimis collectionem, & ê flamma liberationē, hinc fumi majorem inspirationem, exoriebantur inter ministrum Pharmacopolii, Christia-

num Date, Rochlicensem, dictumquè tyronem, in Laboratorio commorantes, unà cum contumeliis innumerabilibus, rixæ tantique tumultus, ut, nisi ipsius Pharmacopolæ, Dni Jodoci Mülleri, alteriusque ministri Johannis Werneri, Mulhusani, adventu pax seriò mandata fuisset, infelix Menzelius à furioso Date humum prostratus crinibusque circumductus, imò ex verberibus undique jam cruentus, mediante agitaculo sive pistillo ligneo, electuariis miscendis usitato, occisus fuisset; interim per reliquum diei spatium scotomiâ & crebrioribus vomitibus Menzelius vexabatur, totamque insequentem noctem ridiculis gestibus ebriorum more delirabat, & ultra duas septimanas vertigine afficiebatur. Date verò (homo aliàs non adeò iracundus, leviter interdũ potus valdè phantasticus, quin excessivè vino ebrius planè desipiens) præter vomitus & secessus crebriores, cum absurdis gesticulationibus morionis instar saltando, hymnos amatorios & profanos cantando, rhythmos Germanicos componendo &c. per reliquum diem & post noctis medium pariter delirabat; hinc aliquot septimanis mente & corpore ægrotans de vertigine & cephalalgia querebatur, multumque dormiebat; melior tandem sibi visus, sanitatis in patria tuendæ causa, dimissionem petebat & impetrabat. Postquam verò vagabundorum more varias terræ oras peragraverat, hinc sanitatis curâ neglectâ, & de novo delirans Francofurti (an ad Mœnum, an Oderam? memoriâ mihi excidit) diebus canicularibus, sole meridiano, solo vestitu pelleo extraversis pilis supra nudam cutem indutum per plateas ambulasse, Nundinis autumnalibus Lipsiensibus Dresdam litêris significabatur; in ipsam denique maniam post hæc recurrente & transeunte delirio Weidæ catenis aliquandiu vinctum fuisse, ex Rochlicensium, nec non Date ipsius, cùm ante sedecim annos hìc Delitii viaticum ostiatim mendicaret, mequè simul inviseret, relationibus habeo.

Anno

Anno 1679. menſe Octobri Sacerdoti cuidam 61. annorum, Viro ex cachexia ſcorbutica aſthmatico cum tumore pedum œdematoſo, doloribusque ſimul non ſolùm à calculis renalibus, ſed & abdominis ſcorbuticis habitualibus afflicto, B. Dn. D. Ettmüllerus, mecum in conſilium vocatus, enema terebinthinatum, ex ſpeciebus carminativis & hyoſcyami foliorum dimidio tantùm manipulo cum lacte coquendis, ordinabat: quò die Saturni quodam circa horam veſpertinam nonam injectô dicti quidem dolores ex voto ceſſabant, ægerquè hinc per totam noctem ſomno placido leviter tantùm delirabat; manè verò die Solis circa horam ſeptimam, ſacri Officii ſui memor, habitu Sacerdotali ſupra induſium & tibialibus pellitis amictus, Bibliaquè Sacra ſiniſtrâ manu tenens, Templum adire & concionem habere intendebat; ab uxore verò & liberorum Informatore, nec non Cuſtode Templi, vi retentus adqvè iram furibundam concitatus cum his maximè altercabatur, parumque aberat, quin Templi Cuſtodem, arreptis quibusdam armis, vulneraſſet, placidus aliàs ſatis ac minimè iracundus. In lectum tandem redacto furor hic brevi quidem ceſſabat, delirium tamen ultra meridiem, propter injecti enematis in inteſtino moram, continuabat: horis enim antemeridianis ſacrum codicem, & in hoc Canticum Canticorum, utut lecto affixus revolvebat, mihiquè Lapidem Philoſophorum terminis Alchymicis ibidem indigitabat & explicabat: circa horam undecimã à lecto ſurgebat, & cibum ab uxore cum altercatione non levi poſtulabat, hinc una alteraque acceptâ alaudâ aſſatâ ad prandium me invitabat, præmiſſâquè Oratione conſuetâ alteram illarum artificiosè (mit Trenchir-Meſſer und Gabel) prout in anſeribus fieri ſolet, diſſecabat, unamque & alteram ejus partem mihi cum multis, ſibiquè aliàs inuſitatis ceremoniis offerebat, aliquoties rogando ut comederem, & levidenſi hoc anſerculo

contentus eſſem. A meridie tandem horâ circiter tertiâ novi clyſmatis acrioris applicatione, quam pertinaciſſimâ & indignabundâ reſiſtentiâ hactenus recuſaverat, alvus â ſcybalis triduum jam retentis, unà cum clysmate pridie injecto liberabatur, in quo quaſi momento non ſolùm delirium ceſſabat, ſed intra bihorium etiam duo calculi renales rejiciebantur. Refero huc etiam inſaniam illam, quam â foliis hyoſcyami clyſteri incoctis & colo exulcerato infuſis, ſuo jam tempore ab aliis obſervatam allegavit *Dioſcorides de Mater. Med. Lib. IV. cap. 63.*

Hæc & ſimilia cum altercationibus ab hyoſcyami externo uſu, ex alia & ſequenti Obſervatione clariora evadent. Anno 1689. Mater Præfecti Delitienſis, matrona 78 annorum, unà cum nephritide ſcorbuticâ notha habituali, doloribus abdominis ac crurum ſimul contumaciſſimis affligebatur: quibus ſedandis, cùm ſacculos floribus chamomillæ, Sambuci, verbaſci, althææ radice, juniperi baccis & papaveris ſemine repletos & in lacte coctos, per octiduum incaſſum adhibuiſſet, ſpeciebus jam dictis, pro tribus ſacculis abdomini & utrique cruri applicandis, foliorum hyoſcyami manipulos duos immiſcebam, qui ægræ juſſu intenſiſſimè fervidi applicabantur, cum crurum dolor aliàs implacabilis eſſet; unde adſtantes continua illorum calefactione & applicatione occupatæ erant. Ægrota quidem, cum tantillo phantaſiæ errore dormiendo, leviter & per intervalla tantùm delirabat; duæ verò ancillæ, quindecim & octodecim circiter annorum, quibus ſacculorum horum calefactio & applicatio reiterata incumbebat, longè graviùs afficiebantur, utpote temulentæ, hinc ſæpiùs vomentes, crebriùs altercantes, & in crines ſibi invicem involantes, ſeque unguibus lacerantes, vix â domeſticis ſeparari poterant: pax minis adſtantium indicta brevis ævierat; ſimul ac enim ſacculorum calefactiones novæque fomen-

fomentationes reiterabantur, prælia quoque, pugnantium gallorum more renovabantur, minis verbisque ridiculis se invicem provocabant & invadebant: quarto interim aut quinto die inter provocationes & altercationes infantum more gesticulabantur, alteraquè harum in cubiculi quodam angulo occumbens & timidè circumspiciens remotis vestibus urinam emittebat. Pertinet huc etiam certo respectu *Observ. 124. D. Schulzii in Anno IV. & V. Ephemer. dictarum Decur. I.*, ubi Uratislaviæ quatuor juvenes Studiosi simul cum coquina, à comestis hyoscyami (cicutæ forsan) radicibus per errorem coctis furore correpti, primùm jurgiis, dein verberibus ad internecionem usque, nisi vi abacti fuissent, se exceperunt, cum miris gesticulationibus & imaginationibus.

Unum prætereà ac alterum ab eodem hyoscyamo, clysterum formâ applicato, referre possem exemplum alteratæ phantasiæ, quà ægrotantes simul plurima, si non omnia, quæ vel per totam vitam reticuisse prudentia suaserat, sponte suâ revelarunt: sed prolixitatis majoris evitandæ gratiâ filum hîc abrumpo, cùm ex dictis sententiæ meæ, circa immediatam causam materialem firmitas satis appareat, quòd nempe liquor in gyrum effusus, aut hyoscyamo aut simili vegetabili, phantasticâ vi prædito imprægnatus, mediantibus effluviis suis seu atmosphæra, puellæ simul atmosphæram & animam seu spiritus animales immediatè affecerit, alteraverit, subjugaverit & quasi ligaverit: conf. *Peucerus de* Ἐπῳδοις *f. m. 169. a & b, & Gockelius in Tract. Polybist. Medico Mag.* von Beschreyen und Bezaubern/ *p. 137.* Spiritibus animalibus subitò perculsis & subjugatis non solùm *terror membrorum subitaneus, & faciei pallor* exemplo *Danielis V, 9.* & *Pontificis 2. Macc. III, 17.* vid. etiam *Joel. II, 6.*, hinc sequens *vomendi conatus*, & *tempore coenæ* primus epilepsiæ gradus scotomia, *animi* nempe *deliquium &*

syncope cum oculorum inversione, manusque dextræ levatione ac depressione spasmodicis, veluti in *Daniele IIX*, 17. 18. & *Heliodoro 2. Maccab. III*, 27.; sed postmodum etiam spirituum vehementissimo & maximè inordinato in artus & membra influxu, planè extraordinarii & admirandi *motus convulsivi clonici & tonici*, aliaquè *delira phænomena*; atque simul spasmodica centri ovalis contractione, nunc fortiori nunc leviori, *Catalepsis cum discursu sacro & decantatione hymnorum, somnia prophetica & ecstatica*, exactaquè hinc plus minús *scientia, & futurorum contingentium prædictiones*, ortum suum duxerunt. Diabolica enim ejusmodi incommoda, uti loquitur *Helmontius Tum. Pestis p. 162.*, non tam corpus ejusquè sordes apprehendunt quàm archæum ipsum, qui cùm sit velut hominis lucida imago, sequitur quòd, dum spiritus in aliquo ejus organo detorquetur, idem membrum patiatur symptomata: adeoque quicquid patitur spiritus, Vitæ sensusquè rector, necesse est patiatur corpus.

Lubens tamen concedo, quòd rarissima illa in Casu nostro allegata phænomena & extraordinaria symptomata non soli *liquori in gyrum effuso*, nec *incantatricis baculo*, nec *secum adductæ fœminæ clavi*, nec solis *mediis magicis in angulo hypocausti repertis*, ac qua talibus, sed his ipsis mumiâ microcosmica spirituosa vitali, tam puellæ quàm incantatricis vetulæ imprægnatis, hujusq; idea desiderii & intentionis malitiosæ, nec non idea odii puellæ contra vetulam, signatis & sigillatis adscribenda sint. Unde in causam formalem nunc inquirendum.

De *modo media magica in hypocausti angulum inferendi*, nec non tot *pediculorum phalanges producendi*, de quibus parallelam historiam suprà laudatus *Lentilius Anno Ephemer. allegatarum VII. & IIX. Decur. III. Observat. 78. p. 124.* in turricola Onoldino fascinato annotavit, res equidem est valde abstru-

abstrusa & captum humanum ferè superans, hinc erudiri mallem, quàm incerti quid nec mihi ipsi quidem satisfaciens, in medium proferre: Unde abstrusiora hæc altiori indagini relinquo, de quibus etiam judicioſisſimus alioquin *Thomasius* pariter suum suspendit Judicium, suamquè *in Programm. Lection. Hybernar. Anni* 1702. *p.* 17. palam profitetur ignorantiam. De pediculis tamen, qui miseram nostram, nec non turricolam Onoldinum, per fascinum defædarunt, adhuc monemus: Incantatrices Onoldinam & Zittavienſem Ægyptiis ac Pharaonicis multo videri peritiores, cùm illæ tot eorundem myriades produxerint, ut parvissima quidem hæc insecta, morsu tamen ac suctione cutis, uti ex *Micrographia Hookiana* patet, atque noxii pruritus impetigine gravissima (ob hæc à peritissimo Medico Castrensi *Tobia Cobero Observat. Castrens. Decur. I. in schol. Observat. 9. pag. 50.* senis pedibus armati Turcæ dicta) nullâ arte extirpari potuerint, quibus tamen Onoldinus post trium demum mensium afflictionem auxilio ossiculi ex cœmeterio deprompti; misera verò Zittavienſis (procul dubio per seriam intentionem & impressionem, & hinc somnii ecstatici monitu) horum à capite detractione, & in tergum vetulæ projectione, cum ingenti parentum stupore liberata fuit: cùm contrà Magi Pharaonis ad talia producenda inepti digitum, virtutem nempe DEI, id est, uti vastissimæ eruditionis Polyhistor *Becmannus in Curiosissima Dissertat. de Prodig. Sanguin. cap. 4. p. 38.* doctissimè, ut solet, judicat, nihil in Receptis suis incantatoriis se habere, quod ad productionem insectorum horum conferre possit, cum dedecore fateri necesse habuerint.

Ipsum igitur *fascinandi modum* seu *rationem formalem* quod attinet, consistit hic primariò in firmissima incantatricis imaginatione, ac in propriam animam ac mentem impression, mediante qua effluvia dicti liquoris, omnesquè ideales

cum

cum claveac baculo & reliquis mediis magicis actiones, hisquè mediantibus omne ſuum deſiderium & intentionem malitioſam, additâ dubio procul ſimul adjuratione quadam, formaliter ad ſolam hanc puellam direxit. Faſcinatio enim, aſſentiente *Bacono de Verulamio Tract. de Augm. Scientiar. Lib. IV. p. m.* 117. eſt vis & actus imaginationis intenſivus in corpus alterius.

Stupenda hæc eſt imaginationis vis, quâ non ſolùm anima ad varios & inordinatos motus concitari, hisquè mediantibus corpori variæ impreſſiones ac noxæ inferri, atque hinc in gravidis formatio fœtus, partui etiam proximi, turbari & perverti, huicquè nævi, colores, excreſcentiæ monſtroſæ &c. imprimi, ſed & mors ipſa inferri ſolent. Uti ex *Geneſ. XXX, 37. ſequ., Plinio Hiſtor. Natur. Lib. VII. cap. 12., Kirchero de Magnet. Imagin. Lib. III. P. VII. c. 7. p. 725., Harsdörffero Theatro Com. Hiſt. 145. §. 8. 10. & 11., Wiero de Præſtig. Dæmon. Lib. II. cap. 25 Edit. Baſileenſ. 1566. pag. 232., Lemnio de Occult. Nat. Miracul. Lib. I. cap. 4., Valleſ. Phil. Sacr. cap. 11., Laurentio de Strum. Lib. II. cap. 7. pag. 113., del Rio Diſquiſ. Mag. Lib. I. cap. 3. Quæſt. 3., Digby in Oration. de Pulv. Sympathet., Laurent. Strauſii Epiſt. ad jam citatum Autorem in Daniel. Beckeri Theatro Sympathet. p. 139., Unzero de Lue Peſtif. Lib. I. c. 20. p. m. 120-127., Roder. â Caſtro de Nat. Mulier. P. I. Lib. III c. 11. p. m. 139., Henr. ab Heer in Obſerv. Oppidorar. 6., Pareo Opp. Chirurg. Lib. XXIV. cap. 7. p. m. 747. 748., Hildano C. V. Obſerv. 3. & C. VI. Obſerv. 65. & 66., Fieno de Virib. Imaginationis, Septalio de Nævis, Bartholini Hiſtoriis Anatom. Cent. II. Obſ. 44. p. m. 219. Cent. III. Obſ. 43. p. 85. & Cent. IV. Obſ. 5. p. 220., Ephemer. Acad. Nat. Curioſ. Anno IV. Decur. I. Obſervat. 21. p. 24. Obſ. 208. p. 294. & Anno II. Decur. II. Obſ. 185. p. 402. Anno VII. & IIX. Dec. III. Obſerv. 55. p. 88. ſeq.*, item *Anno IX. & X. Decur. III. Obſ. 86. p. 161. & Obſerv. 202. p. 375., Dolæo Encyclop. Chirurg. Lib. I. c. 19. p. 451. ſeq., Dav.* von der Becke *in Experim. circa Rer. Natural. Princip. p. m. 225. ſeqq. & Schenckio Obſ. Medicin. Lib. I. p. 207. & Lib. IV. p. m. 564-567.* patet.

Neque hic læſiones & ſtigmata illa, quæ in variis corporum Dæmoniacorum ſic dictorum partibus ſæpe apparent, excludenda

denda ſunt, cùm hæc pariter â ſola imaginatione & impreſſione ortum ducant. Sicut enim fœtus utero materno incluſus nævis variis & excreſcentiis monſtroſis ſignatur, ſolà gravidæ matris imaginatione & impreſſione; ut ephialticos & graviori incubo affectos taceam, qui ſomnii tempore, quaſi â vetula odioſa, cane nigro &c. comprimerentur ſibi imaginantur, & dæmones aliaque ſpectra vidiſſe narrant, atque evigilantes maculas lividas ſeu ex nigredine puniceas, colore quoque violaceo, in variis partibus cutaneis monſtrant: Ita & ſtigmata ſimilia dictorum dæmoniacorum ac maniacorum ſpiritibus, & hinc corporis partibus cutaneis & carnoſis fortiter imprimuntur, ſolà internâ ac cerebrinâ diaboli cornuti (cujus ratione etiam certi quidam piſces cornuti ab incolis Capitis Bonæ Spei Diaboli inſigniuntur, teſtantibus *Happelii Relation. Curioſ. Hamburg. No.* 50. *p.* 459.) & caudati, rictu, roſtro, dentibus, pedibus equinis atque ungulis acutis &c. prædiți imaginatione & repræſentatione: Qualia etiam, præ aliis, obſervarunt *Scriverius allegatus* in milite Magdeburgenſi, Petro Ottone *l. a. §. 21. & 112.*; & Dn. Dn. Scabinus atque Actuarius Dresdenſis in *Zittmanni Medic. For. Cent. VI. Caſ.* 46. *Reſp. Facult. Med. Lipſ.* 1. *& 2. p.* 1554. & 1555.; nec non anno præterlapſo 1705. in binis ancillis ruſticis faſcinatis Seyfferts-haynæ, pago Lipſiam inter & Grimmam, Paſtor loci dicti *M. Chriſtian. Fiedlerus in literis d.* 12. *Junii ad Amicum Lipſienſem ſcriptis* mecumque communicatis, qui partim in alterius harum partibus carnoſis fiſſuras, quaſi acuum & echini cuſpidibus inflictas, teſtatur; partim mihi ab aliis αὐτόπτοις & fide dignis veſtigia echymomatum cutaneorum, quaſi pars cutanea digitorum apicibus fortiter fuiſſet compreſſa, nec non dentium fortiter impreſſorum morſibus, tam hominum quàm beſtiarum ſimilia, relata ſunt in literis die 2. & 22. Maji dicti anni transmiſſis.

Videatur etiam *Ettmüllerus Inſtitut. Medicar.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [57] - 41
PUBLIC DOMAIN

Parte Therapevt. in Tomo Opp. I. pag. 207. 405., & *Colleg. Pract. in Tomo II. p.* 1003., ubi imaginationis vires mirandas satis superque explicat; simulque, non temerè in rebus naturalibus ad ignorantiæ illud asylum, diabolum, esse recurrendum judiciosè monet, cùm phantasia in distans agat, nec ipse diabolus aliter nisi per media naturalia & secundùm naturam agere possit. Consentiunt etiam *Wirdigius in Medic. Spirituum Lib. I. cap. 30. §. 13. p.* 236. seqq. & *Fleet Wood* in gründlicher Untersuchung der Wunder-Wercke *p.* 25. & 26. Meritò hic adjungo *Helmontium* & *Besoldum*: quorum *prior in Tract. Vis Magnet. p. m.* 375. Doctores monet, ne ad cacodæmonem rejiciant, quæ suâ debilitate ignorant, cùm utrobique in natura occurrant, quæ nostra tenuitate explicare non valemus; nec insolenti temeritate careat, dona Dei in natura ad diabolum referre, quæ nostra exiguitas non capit: *posterior* verò *in Append. Tract. de Consil. Polit.* Pharisaicum judicat, ea diaboli viribus statim adscribere, quæ non intelligimus, multò minus imitari possumus; de Christo enim, pergit, Pharisæi dicebant: Per Principem dæmoniorum ejicit dæmonia. Cum pietate peccari, si diabolo tribuatur potestas naturam superans, *Helmontius Tract. de Inject. Material. §. 4.* & *Ettmüllerus in Præfat. Disput. de Præcipit. Usu & Abusu*; imò pigritiæ, & ignorantiæ immensæ, si non simplicitatis superstitiosæ, inventum esse omnia ad causas occultas, ad diabolum, ad veneficas & sagas, vel etiam ad ipsam Dei omnipotentiam referre, quæ non capimus, cum allegato *Helmontio §. 6.* statuit *Borellus l. a Cent. III. Obs. 68. p. m.* 250. Quod si enim nescitur modus, quo id natura facit, æquè etiam nescitur modus, quo id diabolus faceret. Sicut nec ad omnipotentiam divinam temerè confugiendum esse, rectissimè arbitratur ingeniosissimus Halensium quidam Theologus, in *Actor. Halens. Tomo IIX. Observ.* 14. *p.* 370., nisi extrema urgeat necessitas, quia æquè est impium, affir-

firmare aliquid desupremo numine, quod negandum est, quàm aliquid negare de eo, quod omninò est affirmandum. Unde *Hirnhaimius Tract. de Typho Gener. Humani ſ. de Perverſo Scient. Studio c. 10.*, non eos ſolùm reprehendit, qui quicquid ratione ſuâ attingere non poſſunt, diabolo ſtatim adſcribunt, ſed illos etiam, qui propter magnam ignorantiam naturæ mirabilia ſolius Dei potentiæ attribuunt, quaſi ignis non haberet potentiam urendi, niſi Deus ad præſentiam ignis ureret. Lucrantur ergò nihil, qui opera naturæ in diabolum referunt: Quia diabolus, rectiſſimè judicante *Hoffmanno in Diſp. de Potent. Diab. in Corpora §. 5.*, nullum jus habet in ordinem naturæ, tametſi aliquid facere poſſet, fieri id non niſi mediante naturæ ordine valet.

Adeoque φαρμακεία (Veneficium, Magia, Zauberey/ uti communiter redditum legitur) à *D. Apoſtolo Galat. V, 20.* carnis quidem, minimè verò diaboli operibus adnumeratur, ut adeò illius ſaltem abuſus cum reliquis diabolicis artibus & peccatis condemnetur: ſicut ad eundem modum *Exodi VII, 11. Malach. III, 5. & Apocal. XXI, 8. XXII, 14.* per τὸς φαρμακὸς & φαρμακεῖς, mecaſſcheviim (maleficos, Veneficos, Præſtigiatores, Incantatores, Zauberer) *Exod. XXII, 17.* per Mecaſſcheeva (maleficam, præſtigiatricem, Zauberin) & *VII, II, 22.* nec non *Apocal. IX, 21. XIIX, 23.* per τὴν φαρμακείαν (Veneficium, Incantationem, Zauberey/ Beſchwörung/) neque Diabolus & diaboli opera, neque Ethnicorum Græcorum ac Judæorum Dæmones & Dæmonia, nec puri puti Venenarii & Veneniferi, venena nempe actualia per ſe & ſua natura enecantia conficientes & propinantes, Gifft-Miſcher/ Gifft-Gebere/ Vergifftere/ intelliguntur: ſed omnes his vocabulis, pro actionum & modorum operandi diverſitate, indigitantur tam Venefici & Venenarii apud *Plat. de Leg. Lib. X., Joſeph. Ant. Jud. Lib. IV. c. 8.* & *Ariſtotelem Hiſtor. Animal. Lib. VI. c. 25.*, quàm magi, malefici & incantatores, qui mediis pharmacevticis ex triplici regno petitis mala intentione abutuntur, eademque, nunc accedentibus nunc omiſſis incantationibus & adjurationibus præſtigioſis, vel in hominum vel brutorum vel etiam terræ frugum perniciem adhibent, juxta *Bekkerum l. a. Lib. III. cap. 4. 5. 8.*, & in ſpecie *c. 10. §. 20. 21.*, *Rudolph. Goclenium Synarth. Magnet.* ubi de Botanomantia & Pharma-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [59] - 43
PUBLIC DOMAIN

cia in *Dan. Beckeri Theatro Sympathet. p. m. 258.*, atque *Sennertum Medic. Pract. Lib. VI. P. IX. c. 2. p. m. 388. 389.*, nec non *Franc. Moncæjum in Disquis. de Magia Divinatr. & Operatr. Præfat.* Confirmant hoc etiam *Acta Inquisitionalia* varia in Præfectura Delitiensi de anno 1657. & 1658., in specie *Volum. I. fol. 85.*, ubi Venefica Mochervicensis Gertrudis, Christophori Klepzigii uxor, vaccarum fascinationem & incantationem negans, rationem addit, quod destituta sit plantis magicis (ob es der böse Feind gethan/ wisse sie nicht; Sie habe kein Kräutgen) Nihilominus Præfecturæ Lictor, unà cum Sculteto Mochervicensi, *fol. 27. a. 44. a. 53. b. 54. a.* in binis Stæderii senioris & Klepzigii villis herbarum dictarum, in angulis & sub tectis hinc inde latitantium, duas spartas (zwey Trag-Körbe voll) collegit, quæ etiam die 26. Novembris anni 1657., unà cum Veneficis & Incantatricibus his, uti & gallo gallinaceo ἀλεκτρυομαντικῶς, dubio procul, aut usui magico alii destinato, rogo combusta sunt. Ut itaque mirum omninò videatur, quî Nobilissimo Dno *D. Reichio in Disput. de Crimine Mag.* sub Illustris Thomasii Præsidio habita §. 20. contraria, eaquè exclusiva sententia, arriserit.

De Imaginationis autem viribus plura habet *Helmontius in Magnet. Vulner. Curat. §. 30. & 31.* sicut & *Tract. de Injectis Material. p. m. 368. §. 15.* ita philosophatur: Imaginativè saga per ens naturale format ideam liberam, naturalem & nocuam, quam nequit formare Satanas, &c.: homo etiam dimittit medium aliud executivum, emanativum & mandativum ad incantandum hominem, quod medium est idea fortis desiderii; est enim à desiderio inseparabile, ferri circa optata. Et sic, juxta eundem *Helmontium Tract. Potest. Medicam. p. 296. §. 46.*, alienæ formæ imperium ac character supervenit, ut contagium faciant inter symbolizantia, & inde Veneficia & incantamenta nascantur. Quæcunque etenim per Blas voluntarium præparantur, pergit, plerumque præparantur ad functiones motus localis, ad nervos diriguntur, doloribus nempe ciendis. Ex his principiis Paracelsicis ac Helmontianis facem Curiosis accendisse videtur Curiosus ille *Pantomysterii Scriptor de Virgula Mercuriali, Joham-Godofredus Zeidlerus*, ex Schola Archi-Philosophi transfuga, libertatiquè eclecticæ redditus, Physicus factus non inelegans, dum omnem motum & effectum divinatorium

rium virgulæ Mercurialis, tam conſvetæ ex ſurculo corylino deſumptæ, quàm alius materiæ ſimili intentione ac effectu illi ſubſtitutæ, filamenti nempe cujusdam metallici, coſtæ ſartoriæ, arundinis Hiſpanici, priapi tauri, gladii, emunctorii, tubuli ſugendo Tabaco deſtinati, farciminis fumigati, cultri & forcillæ, regulæ ligneæ aut metallicæ &c. *Intentioni, Cogitationi & Impreſſioni ſeriæ*, experientiâ multiplici edoctus judiciosè adſcribit, adeoque à ſola anima, ceu ente cogitante, virgulam Mercurialem huicque ſubſtituta media jam dicta alia, movere rectisſimè ſtatuit. Unde *Ariſtoteles* veram Imaginationem vocat motum animi, excitatum à ſenſu in actum, per quem non tantùm bruta, ſed & homines permulta agunt & patiuntur. Quod etiam de Reliquiis Sanctorum, candelis conſecratis, aqua & oleo benedictis, fateri cogitur ipſe *Deſid. Erasmus Lib. XXVII. Epiſt. 20.*, nullam efficaciam tribuens iis, niſi accedat *Fides piusque zelus*. Soli ſperatæ curationis phantaſiæ, & obſtinatæ *Fidei ac Imaginationi Williſius in Anat. Cerebri c. 20. p. m. 144, Mirandulanus Diſputat. Lib. XX.*, *Sitonus latroſ. P. II. Tract. 28. p. 91.* adſcribunt, quod ſtrumæ, ſcrophulæ, cancer ſimilesquè tumores, ſolo Galliæ ac Angliæ Regum, aut ſputi illitione, aut absque hac ſolo contactu, cum pronunciatione paucorum verborum marceſcere ſoleant. Actum ſolennem & curandi methodum deſcribunt *Limnæus in Notit. Regni Franc. Lib. II. c. 5. p. 375. ſqq. Gramondus Hiſtor. Gall. Lib. I. p. 19.*, *Goelniz Ulyſſ. Belg. Gall. p. 143.*, *Morhhoffius in pecul. Diſſert.*, *Paullini* im Heil-kürtzenden und Erbauel. Luſt *P. I. Them. 213. p. 73.*, & *Frommannus de Faſcinat. Mag. Lib. III. P. II. c. 3. p. 467.* Quales & complures alios morbos *Valent. Greatreack* ſolo mediante tactu & frictione, magno cum ſucceſſu curavit, uti in *peculiari ejus Tract. Boyle inſcripto* legi poteſt: ſicut etiam lienoſos, ſolo pollicis in pede dextro contactu, ab Epirotarum Rege Pyrrho curatos fuiſſe, teſtantur *Plinius l. a. Lib. 7. c. 2.* & *Plutarch. in Vita ejus.* Conf. *Paullini* im *Philoſophiſchen* Feyer-Abend *p. 561.* & *Borellus l. a. Cent. II. Obſ. 90. p. 185.* Rectè proin judicat citatus *Frommannus l. a. c. 5. p. 744.*, aulicos blandà adulationis ſpecie illam virtutis ſanandi opinionem Regibus Magnis *impreſsiſſe*, & *impreſſam* in majorem ſuæ gentis gloriam *per ſimulationem fovere*, & per manus ſub ſacra fide tradere *perrexiſſe*, ut ſubditorum animi felicius

salvis omnibus, uti hoc testantur *Acta Inquisit. Volum. I. fol. 122.* Pari modo & intentione Remigii Venefica, disseminato in pratis pulvere, quinque tantùm vicini sui boves fascinando enecavit, reliquis omnibus aliorum vicinorum in toto grege salvis, de quo *Remigius Dæmonom. P. I. p. 169.* Sicut & uno eodemque pulvere eosdem claudos vel alio morbo, fascinatione prævià, affectos sanitati restituunt, quod exemplis variis & certissimis testatur jam allegatus *Remigius l. c.*, & *Actor Inquisit. suprà allegat. Volum. VI. fol. 46. & 91.* Nec absimili modo ac *intentione seriâ* ipsas herbas quoque in semitis & agris projicere, aut sub viis publicis defodere, & transeuntibus nocere solent: uti hoc, præter *Remigium* & *Goclenium locis allegatis*, testatur *Peucerus l. c. f. m. 169. a.*, & *Volum. III. Actor. Inquisit. fol. 66. 80. & 91.* de Valent. Barthii, Rustici Flembsdorffensis uxore, quæ herbis quibusdam magico usui destinatis in agrum, uti & muscis super equum Pastoris Zwochavienses, M. Mart. Lehmanni projectis, hujus, nec non simili modo trium Rusticorum, equos & vaccas fascinando occidit. Simili *intentione & impressione* Venefica quædam in Episcopatu Constantiensi, dum per carnificem â terra super rogum elevata, in faciem ejus insufflavit, dicendo simul: *Pro isto tuo labore habebis â me præmium*; & sic statim in lepram incidit, paucisque post diebus mortuus est, quod ex Sprengero allegat *Godelmannus l. c. cap. 7. §. 26. p. m. 91.* De puero quodam, ad ostium domus sedente, refert *Casp. à Reies Campor. Elys. Quæst. 24. Num. 10.*, eum *seriâ* matris præsentis *admonitione & suasu*, cani rabido, ab aliis pueris insecuto, *audacter* (*seriâ* simul procul dubio, tam matris *intentione*, quàm pueri *confidentia* & temerè susceptâ *persuasione & imaginatione*) obviam isse & in eum exspuisse, quo canis protinus ceciderit demortuus. Fœminam juvenculam novi, honestæ conditionis & festivi ac ludicri animi, quæ solâ cogitationum atque imaginationis directione muscarum cædem, quam alii instrumento coriaceo consueto, (einer Fliegen-Klatzsche) omni operâ intendunt, impedire solet, atque sic earum conquassationem per merum cachinnum & animositatis illusionem nunc inhibet, nunc animando permittit. Consul quidam Bitterfeldensis mihi cognatus solo cachinno omnes se invadentes & latrantes canes subitò obmutescere facit,

cit,

cit, propter *firmam* & à teneris annis sibi *impressam persuasionem & imaginationem.* Qua occasione reticere non possum honestæ cujusdam matronæ nunc beatè defunctæ conditionem, quæ, quoties per pagos, villas ac prædia perambulabat, *solâ fiduciâ seriaquè impressione*, omnium adorientium canum sævissimo latratui obicem ponebat, eosquè ad momentaneum silentium, summam tranquillitatem & familiaritatem cogebat, simul ac fimbriam perizomatis dentibus masticare inciperet: mihi contrà timidulo ac incredulo (sicut & Consulis Bitterfeldensis cachinnanti nepoti, medicinæ Studioso) irritus semper fuit effectus, utut loco perizomatis aut extrema tunicæ aut marginem pilei illius suasu ori admoverim ac masticaverim; ad latus tamen illius, nihil tale quid agens, sine ulla canum offensione tutò semper procedere potui.

Hinc etiam fit, ut veneficæ ipsæ, aut capturæ & incarcerationis metu consternatæ, aut carceribus jam inclusæ, fascinare & incantare ampliùs non possint, quia omnis *fiducia, fides & impressio* circa praxin suam magicam delentur. Nullam siquidem mentionem faciunt *Acta suprà allegata inquisitionalia*, nec aliunde nec ex relatione quadam historica certior fieri potui, quod sagæ & veneficæ incarceratæ aut custodes suos, aut reliquos alius criminis causâ captivos, multò minùs Præfecturæ ac Justitiæ Officiales, neque lictorem aut hujus familiares intoxicarint, aut quocunq; modo læserint; quin potiùs suprà dicta *Klepzigia, & Anna Barthol. Stæderi Senioris uxor, fol.* 133. 161. *a.* 162. *b.* 163. *a.* 171. *a.* 173. *b.* 174. *a. & b.* 175. in torturæ Actis depositum, quòd pridie ante capturam, Deo crimen hoc atrox deprecatæ, cacodæmoni in agro oleribus obsito abdicarint, nec ullam cum hoc in carcere communicationem habuerint. *Lambertus* quidem *Danæus de Sortiar. c. 4.* inter duas impotentiæ intoxicandi causas hanc profert, quòd carceribus inclusæ venena sua & herbas aliaq; media magica commodè non possint habere; Vera autem

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [63] - 49
PUBLIC DOMAIN

ratio in hoc consistit, quod prostratâ imprimis fide & læsâ imaginatione, adjurationis præstigiosæ effectus cesset, neque in custodum aliorumque captivorum, multò minùs Præfecturæ Officialium aut Judicis inquirentis præsentia fieri, adeoque nec actiones & intentiones suas malitiosas ad certa objecta dirigere queant: unde etiam nec ulla læsio dictis herbarum magicarum collectoribus accidere potuit, cùm extra usum magicum nulla etiam fascinatio & incantatio speranda.

Solà porrò *intentione firmaquè fiducia & seriâ impressione* milites & venatores pulveris pyrii accensionem atque bombardarum explosiones impedire possunt. Pari *Imaginatione seriaque Intentione & Impressione* malevoli neonymphos in actu Benedictionis Sacerdotalis ligant, & ad congressum conjugalem inhabiles reddunt, nunc ligulam, utplurimum rubram, constringendo & nodando, nunc seram pensilem obserando, nunc cultrũ parieti aut januæ cubiculi, nunc clavos palo quercino infigendo, modisquè innumerabilibus aliis, quos recensent *Joh. Bodinus in Dæmonomania*, & *Carrichterus Tract.* von Heilung der zäuberischen Schäden *p. m.* 253. Turcarum ligandi modum, quo servos fugitivos retrahunt, describit *Godelmannus Lib. I. cap. 6. §. 26. p. m.* 67. Pari etiam ratione superstitiosæ mulieres nunc per cribri hæreditarii, nunc libelli Evangeliorum Dominicalium hæreditarii, forcipe aut clave suspensorum, nec non securis palo rotundo perpendiculariter infixæ vel tremorem, vel nutationem, vel respectivè saltum & circumactionem spontaneam, certam simul adjurationis formulã suspectorumquè nomina recitantes, furti, vulnerationis, aut alius criminis perpetrati reos explorare audent. Exempla talismodi Koskinomantiæ & Axiomantiæ cum successu optato institutæ, præter Observationes olim varias, easquè αὐτόπτας, legi in *Actis hujusmodi inquisitionalibus*, quæ partim *in Præfectura Delitiensi* de anno 1687., & in *Bitterfeldensi*, partim

tim quoque in *Curia Brenenſi* de anno 1672., aſſervantur. Eadem *intentionis ſeriæ fideique ac imaginationis fortis efficaciâ* olim hæreſeos, veneficii, homicidii, adulterii & alius criminis ſuſpecti innocentiam ſuam purgarunt per flammam, quali confidentiâ e. g. Epiſcopus quidam orthodoxus cum Arriano contendens, teſtimonio *Theodori Lectoris Lib. II.* ignem ingreſſus è rogo diſputavit, & illæſus ſervatus eſt; item per aquam frigidam & ferventem, oleum fervens, ferrum ignitum, de quo *Trithemius in Chron. cap. 22., Cranzius in Sax. Lib. IV. c. 26. & Lib. Vandaliæ II. cap. 30.* nec non *Lib. Daniæ IV. cap. 24.*, item *Phil. Camerarius Cent. II. Hor. ſubciſ. c. 18. p. 66. ſqq.* per incendium crucis, per ſortes, S.S. cœnæ uſum. Quam devotionem hodienum Sacerdotes Noſtri ſcortationis aut adulterii, falſæ accuſationis & perjurii ſuſpectis, ad probandam innocentiam, à fallaci tamen uſu & hypocritica ſimulatione ſeriè dehortando, concedunt. Actus tales Judiciarios, Magiſtratibus ethnicis & ſuperſtitioſis olim ſolennes, cum Precationis conjuratoriæ formulis, communicavit *Godelmannus Lib. III. cap. 5.* Simili *Confidentia & Fide ſeriâ* David 1. *Sam. XVIII, 34-37. 45-47.* puer adhuc, duellum & certamen iniit cum Philiſtæorum robuſtiſſimo Goliath, atque ſic trophæum reportavit: *Vid. etiam Actor. Halenſ. Tom. IX. Obſ. 5. §. 9. & 10. p. 136. 137.*

Hoc in ſenſu certo modo huc applicanda veniunt, quæ leguntur in *Evangel. Matthæi* IX, 22. XVII, 20. XXI, 21. 22., *Marci* V, 33. IX, 23. 24. XI, 23., *Lucæ* VII, 50. IIX. 48. 50. XVII, 6. & *Apoſtol. Actis* III, 16., uti & *Johannis Evangel.* IV, 48. 50-54. Et ſicuti *verâ in Chriſtum Fide & Fiducia* Apoſtoli, ſub manuum impoſitione, Spiritum Sanctum acceperunt aliisque communicarunt; nec minus ejusdem *Fiduciæ ac Fidei virtute* priſtina ægrotis quamplurimis valetudo reſtituta eſt: ita etiam *verâ Fide firmaque Fiduciâ*, in ſacri baptismatis actu Spiritus Sanctus cum aqua effunditur; quemadmodum &

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [65] - 51
PUBLIC DOMAIN

hac ipsa *verâ in Christum Fide firmaquè fiduciâ* sub S. S. Cœnæ communicatione, hujusquè *Consecrationis Sacramentalis seu Sacerdotalis actu* ἡ δύναμις τοῦ χριστοῦ, de qua *Marci* V, 30. i. e. ipse Spiritus Sanctus, â gemina Christi substantia immediatè procedens, spirituale nempe & verum Christi corpus verusque Christi sanguis, â Christo ipso essentialiter procedunt & præsentia sunt, atque benedicto pani & vino incorporantur, adeoque realiter & substantialiter uniuntur; modo non alio ac *Lucæ* I, 31. 35. pro concipiendo ac incarnando τῷ υἱῷ ὑψίστου & υἱῷ θεοῦ, ἡ δύναμις ὑψίστου Mariæ obumbravit, & τὸ πνεῦμα ἅγιον in eam supervenit. Et hoc sine ulla Papicolarum Transsubstantiatione, sine omni Calvinianorum Consubstantiationis Inclusione locali, & sine ullo Calvino-Reformatorum corporis metonymici, Signi nimirum seu Figuræ Sacramentalis, nudæquè metaphoricæ ac tropicæ similisquè chimericæ Significationis conceptu. Unde per consequens pane & vino mediantibus, ceu vehiculis, verum Christi corpus aut caro, & verus Sanguis, sicquè Christus ipse, unà cum toto salutis mysterio, quod in ipsius corpore peractum est, secundùm *Hier. Zanchii Judicium de Disfid. Cœnæ Domin. p* 550. & *Brunsenii* wiederkehrende *Schulamith cap. I.* §. 31., distribuitur, comeditur & bibitur; modò quidem invisibili, penitus tamen non incomprehensibili, nisi hæretificibus nonnullis, qui sublimioris ac corpuscularis Philosophiæ ignari, nugis metaphysicis & homiliis allegoricis similibusque homileticis glossis superbire studeant.

De efficacia fidei ægrorum in Medicum legi potest *Hippocrates de Medico T. I. Præcept. Textu 4.*, ubi hunc fide magis quàm duritie mederi ait; sicut & *Avicenna in suis Scriptis* fidem atq; spem erga medicum & medicamenta sæpè plus efficere putat, quàm ipsam cum Medico medicinam. Naturam enim cogitationibus & vehementibus animæ desideriis obe-

obedire, *Idem* docuit ſuo jam tempore *Lib. de Anima*, & *de Animal. Lib. IIX.*, pariter ac *Huartus in Scrutin. Ingen. cap.* 15. *p.* 408. *fidem* atque *imaginationem* in Practico Medico deſiderat, ſimulquè ex hac *pag.* 417. rationem evolvit, cur ſæpè optimi Theoretici mali ſint Practici & contra optimi Practici mali Theoretici. Unde ſæpè allegatus *Ettmüllerus in Inſtitut. Medic. Parte Therapevt. c. 1. p. m.* 152. *fidem* atque imaginationem methodi medendi quaſi animam vocat, quæ ideò cum Judicio Practico neceſſariò conjungi & conſpirare debeat. Quia per *fidem* omnes magicæ operationes atque omnia mirabilia efficiuntur, *imaginatione* accedente, juxta *Crollium in Præfat. Admonit. p. m. 38.* Adeoque *Baconus de Verulamio Hiſtor. Natur. Cent. X. §.* 901. *p. m.* 947. Phyſicos monet, ne *fidem* detrahant operationibus ex transmiſſione ſpirituum, & *vi Imaginationis*, cùm eventus aliàs quandoque fallat. *Fides* enim vera cura eſt falſæ imaginationis, teſtante *Crollio l. a. p. m. 39.* Mentem, Fidem atque Imaginationem, nominibus quidem tria diſtincta eſſe, eandem tamen vim & robur habere, unumquè ex altero naſci, adeoque tribus his nihil impoſſibile eſſe; Unde per fidem, cùm ab hac fortis & conſtans imaginatio non differat, miracula fieri poſſe; in homine vim inſtar Solis habere, qui ſicuti radiis ſuis omnia corpora, ad quæ diriguntur, illuſtrat & efficit, ita & imaginatio extenſa afficiat res, & mirificis viribus, ad quas dirigitur, imbuat; adoque nos per ſolam fidem, fortemquè & efficacem imaginationem, cujuslibet hominis ſpiritum in imaginem aliquam cogere ſeu coërcere poſſe, non ineptè judicat *Paracelſus Tract. de Imagin. cap.* 11. & 12. *in T. Opp. II. p. m.* 500. *ſequ.* Conf. etiam *Tr. de Cauſis Morb. Inviſib. P. V.*, ubi de rebus ex Fide homini accidentib9. Fides namq; obfirmat omnia, conſervat, omnia, omnia ſtabilit, omnia poteſt præſtatque, *Idem* confirmat *Tract. de Philoſoph. Occulta*, ubi de characteribus, & inſigni Magiæ abuſu.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [67] - 53
PUBLIC DOMAIN

Hinc mirum non eſt, quòd ſagæ & veneficæ *profundioribus ſuis cogitationibus, firmiſſimisquè rerum Magicarum conceptibus & impreſſionibus*, ideis malitiæ ſigillatis, propriam atmoſphæram ſpirituoſam in imaginem ſuam ita coërcere valeant, ut obviam euntibus, imprimis veneficio afflictis, aut adhuc affligendis, aut ſiniſtrè judicantibus, & viſa ac audita propalantibus, in naturali forma, ſtatura & habitu, imò Walpurgis die matutinis horis, ante Solis exortum, ædium ac horreorum culminibus, unà cum vaſe butyraceo inſidentes aut ſtantes appareant. Unde plebs edicere ſolet: Sie läſſet ſich bey lebendigen Leibe ſehen/ ſie gehen noch bey lebendigen Leibe umb; utut ipſæ ſagæ in horreis, ſtabulis, vel aliis locis corpore præſentes, atque domeſticis negotiis expediendis, vel malitiis adimplendis occupatæ ſint; imò Walpurgis nocte ad maritorum latus cubantes, atque profundiſſimo ſomno correptæ, de concubitu cum diabolo, de bajulatione, aut vectione ſuper baculum, ſcopas, furcam &c. per caminum in Bructerorum montem, de converſatione, comeſſatione & tripudiis cum ſociis ac ipſis diabolis ſomnient: de quibus & ſimilibus phænomenis *Acta Inquiſitionalia ſuprà nominata* abunde teſtantur. Confer. *Henr. Morus Antid. contra Atheiſm. Lib. III. cap. 16.*, *Godelmannus l. a. Lib. II. cap. 4. §. 44. p. m. 67.*, & *Eberh. Gockelius loco alleg. c. 3. p.* 17. Ingeniosè ergò judicant *Calvinus in Exod. XXII.*, & *Bekkerus l. a. cap. 8. §. 2. p. m.* 59., nec non *Godelmannus l. a. cap. 7. §.* 35. Legem illam Divinam: *Maleficas aut Præſtigiatrices non patieris vivere*; de ſolis mulieribus fuiſſe latam, cùm ſexus hic ad ſuſpicionem propenſior ſit, atque ad nocumentum paratior, & à bono ad malum facilius protrahatur, hincquè ſeduci, falli & decipi poſſit. Quia

Non audet ſtygius Pluto tentare, quod audet
effrenis monachus, plenaquè fraudis anus.

Plura

Plura huc ſpectantia ex *Diodoro*, *Livio*, *Valer. Maximo*, & *Plinio* allegat *Gockelius c. 3. p.* 11--13.

Adeoque ſimili *intentione firmaque cogitatione & impreſſione* incantatrix vetula Zittavienſis, effluviis ſuprà dictis aqueis in minimas atomos procul dubio jam tum reſolutis & diſſipatis, *ſecum adductæ fœminæ clavem circa ſuum baculum aliquoties gyravit, & priùs lectulo puellæ, mox autem peræ ſuæ ingeſſit, anteà tamen utrumque puellæ brachium & faciem manu demiſerat;* hisque actionibus magicis & imaginationis clavem & baculum mumiâ ſuâ & puellæ ſpirituoſa vitali imprægnando, ideis malitiæ ac odii ſignavit & ſigillavit, atque ſic truculentum hoc malum, vomitorio Medici Bohemi tum curatum, pejorem in gradum evexit. Nullam enim ſagam eſſe, quæ non ſummæ invidiæ & infidelitatis ac malitiæ plena ſit, confirmat *Parac. Lib. de Sagis Tract. IV. c. 2. in T. Opp. II. p. m.* 454. Intentio talis ſine forti imaginatione eſſe non poteſt; Hanc autem circa ſpecies objecta ſenſibilia repræſentativas, hoc eſt ideas, verſari, quæ nunc influentes ſpiritus ſignant, & ad actiones certas determinant, nunc ſpiritum iſtius partis inſitum ſignant, hancquè ad varias depravationum aut correctionum actiones diſponunt, confirmat *Johann-Cornel. Weberus in Anchora Sauciat. p.* 33. & 34. Hinc fidem atque imaginationem adeò efficaces eſſe, ut nos vel ægros vel ſanos facere poſſit, rectè docet ſæpe allegatus *Paracelſus Lib. Princip.* ſeu *de Myſter. Vermium c.* 10. *p. m.* 433; ſimili modo ac leproſus, qui judicio *Roger. Bachon. l. a. p. m.* 433. alium inficere intendit, ex deſiderio forti, cogitatione & ſollicitudine vehementi citiùs & fortiùs ipſum inficit, quàm ſi non ad hoc cogitaret, nec deſideraret, nec intenderet. Quia ſine intentione firmaque cogitatione & impreſſione vel bona vel mala, effectus neque utilis neque noxius reſpondet, judicio ſuprà allegati *Crollii l. a. p. m.* 38., & *Johann-Marci Marci l. a. P. V.* atque in *Idear. Operatr.*

ratr. Idea. Neque ulla operatio hominis fit, niſi per hoc, quod naturalis virtus in membris obedit cogitationibus & deſideriis animæ. Nam cogitatio & impreſſio ſunt primum movens, quibus deinde deſiderium conformatum, & poſteà virtus animæ in membris; quæ illis obediunt: Uti hæc pluribus rationibus & exemplis probat *Alb. Magn. l. a. p. m. 190. ſqq.*, *Avicenna l. a.* & *Lib. III. Metaphyſic.*, atque *Bachon l. a. p.* 433. *ſqq.*

Nec à cauſarum conſortio excludimus ægrotæ noſtræ, vindictæ unicè intentæ, iracundiam partim faſcino, partim odio in vetulam confirmato inductam, qua animam exagitando & à ſenſoriis avocando deliria (juxta *Horatii Lib. I. Epiſt. 2.* ut & *Senecæ in peculiari Libro* effatum: Ira Furor brevis; aut juxta *Epicurum* & *Plutarchum*: inſania & inſaniæ comes eſt) & motus convulſivos raros & inordinatos exaſperavit. Uti hanc *Dn. M. Grünewaldius in Relat. ad Dn. D. Löſcherum* ſatis teſtatur, dum *adſtantes ſæpiùs obſervarunt, quod motus convulſivi puellam extemplo miſerrimis modis afflixerint, quoties vel ipſe vel adſtantes incantatricis vetulæ, quæ in ædibus Gottſchalckianis anteà habitaverat, mentionem fecerint, aut de hac ſermones quomodocunque miſcuerint.* Apparet porrò iracundia hæc cum vindicta attentata non leviter ex deſiderato ovo, quod *ſingulari modo pictum altero hemiſphario vetulæ Sabinæ cum furca & ſcopis, altero verò diaboli imaginem,* exhibere debuit: item, quod *die decimo ſexto Januarii in talos ſe erigens, torvos undique circumferendo oculos, ê lecto erumpere,* & dubio procul cum vetula altercari voluerit; hinc *ab adſtantibus impedita, pugno, minitanti ſimilis, manum alteram contundendo incantatricem allocuta ſit,* & ad conflictum quaſi provocaverit: tandem, quòd *menſe Aprili,* inter curſitationes epilepticas, *ſæpiùs in angulo prope fornacem horridis geſtibus manus vibraverit, & cum vetula Sabina imaginaria, non aliter ac ſi corpore adeſſet, altercata fuerit.*

Pergo ad primarium epilepſiæ noſtræ ſymptoma ſive tonicam potius centri ovalis in cerebro convulſionem, curioſiſſimam nempe catalepſin, peroratione concionatoriâ & decantatione hymnorum eccleſiaſticorum, ſomniis ecſtaticis ac divi-

divinatoriis aliisque effectibus stipatam: qualem etiam Uratislaviæ in Juvene quodam epileptico observavit Collega & Amicus veteranus noster Academicus, Dn. D. *Georg. Heintke, in Ephemer. Acad. Nat. Curios. Anno VII. Decur. II. Observ. 144. p. 285. 286. Conferatur Annus VI. Obs. 201. & 229.*, nec non *Annus X. Decur. jam dictæ Observ. 20. p. 50. & 52.*, & *Annus II. Decur. III. Observat. 161. pag. 249.*, *uti & Andr. Mülleri Theatr. Chron. Freibergens. Part. poster. ad Annum* 1620. *p.* 425. & 432. *seq.* Historiæ symptomatici hujus affectus diagnosticæ, nec phænomenorum causæ formali, hîc amplius non inhærebo, cùm *Illa* sufficientissimè ex suprà allegati *Hannemanni Observat. 76. Anni Ephemer. sæpius dictarum I. Decur. II. in Scholio*, & *Dni D. Hoffmanni*, Consiliarii & Archiatri Regii meritissimi, P. P. Halensis, exasciatissima *Dissertat. de Catal. p. 7. & 8.* hauriri possit; Hanc verò Ipse in superiùs facta Casus hujus Denominatione & Explicatione, prolixiùs verò in *Observat.* 122. *Anni VII. & IIX. Decur. III. Ephemer. Nat. Curiosor. p.* 197. *usque* 202., pro viribus explicaverim. Addere his jam licet, ipsum *Hippocratem* suo jam tempore primam hanc Platonis sententiam foviisse, quia ex *ejus Tract. de Princip. & Carnib. statim* §. 2. elucescit, τὸ θερμὸν immortale esse, cuncta intelligere, videre & audire, & omnia, tum præsentia tum futura, scire: quam doctrinam à Coætaneo suo, *Democrito*, hausisse, ex *Suida* & *Eusebio Grandis in peculiari Dissertat.* habet. Sicut ergò ex dicta Observatione, & aliàs cuivis Practico experto constabit, quòd cataleptico-ecstatici nullis concussionibus, acclamationibus, frictionibus ac punctionibus, nec ullis penetrantissimis salibus ac spiritibus, tam naribus admotis quàm ori infusis, excitari possint: ita etiam in nostra omnes *Sacerdotis requisiti motitationes, oblocutiones, severæ acclamationes, tentatæ excitationes & in perorando confusiones &c. frustraneæ fuerunt*; quin *illa potiùs huic atque parentibus aliisque adstantibus, cessante paroxysmo*

cataleptico, suam sub hoc de discursibus & cantionibus sacris inscitiam, multis profusis lachrymis, contestata est. Animæ enim,(pariter ac in agonisantibus quibusdam maximam partem destructæ vel dissipatæ, de quo conferatur *Borrichius* in *Bartholini Act. Medic. Haffnienf. Volum. V. Observat. 67. p. 162. & 163.*) influxu ad centrum ovale intercepto, hincq; sensationibus & reliquis in cerebro functionibus ad tempus impeditis, mens immortalis omniscia ab illius ac corporis commercio separata, intellectu suo divino egit, quia neque à speciebus in mundo obviis, neque ullis objectorum idealium impressionibus, obrui ac turbari potuit. Catalepseos similis ecstaticæ exempla suppeditat Scriptura Sacra de Patribus & Prophetis, qui nunc clausis nunc apertis & in cœlum intentis oculis cum corpore tenso tam diu immobiles manserunt, donec visionum cœlestium lumine expleti ad se redierint. Unde non mirum, quòd ægrota etiam nostra *sub paroxysmis epilepticis horrendis, loquelâ interruptâ, preces, cantiones, speciatim responsiones ad quæstiones catecheticas à Sacerdote sibi propositas, suspendere coacta fuerit; illis contrà remittentibus, ubi substitit, exactè sciverit, adeoque exorsà inde constructione observatâ, perorationis telam ritè pertexuerit,* cùm ideæ memoratæ menti ac animæ impressæ, paroxysmi tempore suspensæ, hoc autem remittente, animæque motu ordinario restituto, illi ac cerebro redditæ fuerint. Animam præterea rationalem, mentem nempe humanam, à corpore vivo, citra vitæ extinctionem, separatam esse posse, ingeniosissimè judicat Incomparabilis quondam Theologus B. *Dn. D. Spenerus in Homil. Prax. Christ. p.* 857. Et sic in catalepsi ecstatica, juxta *Aristotelem Lib. VI. Ethicorum*, non hoc ipso, quo homo est, hic ita vivit, sed quo est quid in ipso Divinum : Quo pariter sensu *Ovidius Lib. VI. Fastor.* scribit :

Est DEUS in nobis, agitante calescimus illo :
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Adeoq; puella nostra cataleptico ecstatica non qua homo, sed

ipsius

ipsius mens immortalis & immaterialis, πνεῦμα, omni corporis commercio exclusa, sibique relicta ac reddita, tanquam divinæ particula auræ, ipsam, tanquam ἄνθρωπον ψυχικὸν, conscensâ sellâ consolando quotidiè alloquitur in verbis: *Noli quæso, dilecta Christiana, in tanta miseria tua, in cruce tua, desperare &c. Dilecta Christiana, cordato animo crucem tuam perfer &c. Quanquam os vix fari ulterius possit, & anima langueat, nec linguæ motus porrò sufficiat, exaudi tamen, Domine, filiæ tuæ suspiria, & animam labascentem confortа,* &c. *Confide Deo, dilecta Christiana,* &c. *Per me ipsam non venio, sed â Deo sum missa* &c. decimoque nono Aprilis die, in statu cataleptico-ecstatico constituta monuit: *satisfeciſſe nunc muneri â Deo commisso, coangustatæ animæ notatu dignas esse consolationes allatas,* &c. *se nunc ultima vice in nomine Dei cathedram adscendisse,* &c.

Plato enim, *Cicero, Seneca, Jamblichus, Plotinus* aliique sapiores Ethnici, tam lumine naturæ quàm scriptura sacra edocti, particulam auræ divinæ, νοῦν, ipsam animam (pro diverso concipiendi modo nunc rationalem nunc sensitivam vulgò dictam) ψυχὴν & Principium vitale non esse, passim in suis scriptis tradiderunt. Unde Philosophiæ Platonicæ Interpres acerrimus, *Marsilius Ficinus, Commentar. in Plotinum* Mentem â Ratione, sicut ipse *Plotinus* cum sanioribus Physicis ac Medicis νοῦν καὶ ψυχὴν, pariter & *Pythagoras* animam immortalem νοῦν â mortalibus, manifestè distinguunt; quâ etiam ratione in *Zoroastrinis* dicitur: ὁ πατὴρ κατέθετο νοῦν ἐν ψυχῇ: Uti benè quidem hæc allegavit, malè autem applicavit *Dn. D. Valentin-Ernestus Löscherus in Hist. Enth. Philos.* §. 22. Maximam imò differentiam inter πνεῦμα sivè νοῦν, & ψυχὴν sive, quæ idem denotat, καρδίαν, Spiritum sive mentem Immortalem & Animam sive Cor, ipsa scriptura sacra nobis monstrat, in specie *Genes.* VI, 3. 5. 17. IIX, 21., *Exodi* XXXI, 6. XXXV, 34. 35. XXXVI, 2., 1. *Samuel,* X, 9., *Hiobi* XXXII, 8., *Psalmo* LI, 11., *Salomon in Proverb.* VI, 14., & *Sapient.* II, 3. (ubi λόγος, judicio Illustris *Thomasii* vom Wesen des Geistes *cap. 7. p.* 135. minus recte

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [73] - 59
PUBLIC DOMAIN

Sermo, Unſere Rede/ (multò minus *Johann. I*, 1. 2. 14. das Wort/) interpretatus, rectisſimè mens, Anima Rationalis in Scholis Philoſophorum ac Medicorum hactenus dicta, à multis Theologis & Theoſophis explicari ſolet;) nec non VII, 22-26. XVI, 14., *Eſaiæ* XXVI, 10., *Joël* II, 28., *Jerem.* XVII, 9. 10. *Matthæi* IX, 4., XV, 19. XXVI, 41., *Lucæ* I, 47. II, 52. XXI, 34., XXIII, 46., *Johann.* X, 11. & *Actor.* II, 17. VII, 60., 2. *Corinth.* III, 4. VII, 1., *Galat.* V, 17-23., *Philipp.* III., 4. 5. 1. *Theſſalon.* V, 23.; item Viri multâ eruditione laudatisſimi, *Thomaſius in Poiretum Hyp. 1. §. 3. ſeqq., & Hoffmannus Diſputat. de Morb. Mentis §. 2. pag. 4.*

Malè quidem non pauci Theologi auræ divinæ particulam in homine interpretantur, opponentes, quòd hac hypotheſi ſequeretur: quaſi homo ab æterno creatus eſſet; in DEUM converteretur; ac DEUS ipſe hoc modo in tot innumeras partes divideretur. Res ipſa autem omni caret dubio, modò phænomena dicta, in Praxi Medica quotidiè occurrentia, non ex principiis illis ſcholaſticis ac chimæricis, ſolo nempe rationis cœcæ ductu, ſepoſito ſenſuum uſu, ſed fundamentis & experimentis Anatomico-Phyſiologicis explicarentur, conſiderando, quòd aura hæc divina cum corpore animali noſtro non intimè aut hypoſtaticè, uti DEUS & Humana Natura in CHRISTO, commixta ſit, nec ullum cum illo, ejusquè oeconomia & functionibus, commercium habeat, ſed mediante anima, tanquam vinculo ſpirituoſo, connectatur atque uniatur, & per ſolam Inhabitationem in nobis quieſcat. Quo reſpectu à Philoſophis & Theologis Immaterialis & Immortalis vocari ſolet, non quaſi per ſe omnis materiæ, hujusquè certæ diſpoſitionis, ſtructuræ aut modificationis, formæ nimirum ſpecificæ, qua ab aliis ſpirituoſis ſubſtantiis, angelis, diabolo &c. diſtinguitur, expers ſit, ſed quòd tanquam pars componens hominem quidem conſtituat, & à cæteris animantibus diſtinguat,

guat, nullatenus tamen, tanquam materialis ſubſtantia, ab hominis corpore dependeat, multo minus cum eo intereat; hacque ratione materialem eſſe & ſimul immortalem, non repugnat, juxta *Bretſchneiderum Diſſert. Inaug. de Melanch. Hypochondr. in Corollar.* 5., ſicquè perpetua inter ſpiritum ſeu mentem immortalem, & carnem ſive animam, oritur lucta.

Adeoque illa naturali in ſtatu ac connexione cum corpore, ſine prævia informatione, operationes tales divinas in caſu noſtro propoſitas, vaticinando, linguis peregrinis nobis aliàs ignotis loquendo ac diſcurrendo, exſerere non poteſt, niſi aut à carnis operibus (iis nempe non impedita & ſuffocata) aut catalepſi, à vinculo ſuo libera, atque totius corporis commercio excluſa ſit. Sicut contrà CHRISTUS modo extraordinario, ſine ulla diſciplina ac exercitatione prævià, nec ulla ecſtaſi, neque ſupernaturali divinà neque Medica, ſed ſolo Divino ſuo, ſibique cum Patre conſubſtantiali afflatu, largiori nempe Spiritus Sancti dono, in Diſcipulis ac Apoſtolis ποικιλογλωσσίαν, variaque dona divina & ſacra alia, *Joh. XX*, 22. 23., *Actor. II*, 4. *ſeq. IV*, 8. *ſeqv. V*, 2. *ſeqq. X*, 44. 45. 46. *XIII*, 4. 5. 9. *XIX*, 6. 7. produxit. Quo etiam pertinet Sapientia, Intelligentia & Scientia Bezaleëlis & Oholiabi, fabricandi in omni artificio ex auro, argento, ære, marmore, gemmis, & variis lignorum ſpeciebus *Exodi XXXI*, 2-6. *XXXV*, 30. *ſeqq. XXXVI*, 1. 2.; Salomonis *1. Reg. III*, 12., & 2. *Chron. I*, 11., quia anteà annum jam auſpicatus vigeſimum, mente & judicio parvus puer erat, juxta *Obſervat. 13. in T. IIX. Actor. Halenſ. p. 334*; nec non ſeptuaginta ſeniorum ac magiſtrorum ſive Rectorum populi Iſraëlitici; Eldad item & Medad *Num.* XI, 16. 17. 25. *ſqq.*; item Joſuæ *Deuteron.* XXXIV, 9.; robur Samſonis *Judic.* XIV, 6-19. XV, 14; vaticinatio Saulis 1. *Samuel.* X, 6. 10. 23. hujusquè nunciorum 20. 21. Conf. etiam *Joël.* II, 28. 29. 30., *Lucas Act. Apoſt.* II, 17. 18. VII, 55. 56. 57. & *Paulus* 1. *Co-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [75] - 61
PUBLIC DOMAIN

rinth. XII, 4-11, & 28. Quæ omnia â lumine divino originem duxerunt.

Si ergò ipse Filius DEI & hominis lapsi Redemptor, CHRISTUS, ἡ δύναμις τοῦ ὑψίστου, à Spiritu Sancto in semine seu ovulo mulieris per ἐπισκίασμα & inumbrationem conceptus ac incarnatus, & juxta *Paulum Philipp.* II, 7. *in similitudine hominum constitutus & figurâ ut homo repertus*, à nullo Theologorum in hominem, sicut nec humana natura in divinam mutatus, sed propter duarum naturarum hypostaticam unionem θεάνθρωπος, verus DEUS & verus Homo, creditur; multò minus corpus nostrum animale de gleba terræ creatum, propter auram hanc divinam illi insufflatam & inhabitantē, in DEUM mutatum asserere quis audebit. Uti etiam hominis talem, ex eodem principio derivatam ἀπωθέωσιν Præceptor quondam noster benè meritus, B.D. *Ammannus in Iren. Numæ Pompilii cum Hippocrate* exsibilat, quando sub prosopopœa Hippocratis p. 5. ita loquitur: Qui me ἀποθεώσει post fata mea dignati sunt, stultitiæ suæ argumenta prodiderunt affatim; quomodo enim ex homine potest fieri Deus, etiam juxta paganismum? Nam nihil in me fuit unquam Divinitatis, nisi divinæ particula auræ. Sicut enim DEUS & Homo unicum constituunt mediatorem JESUM CHRISTUM, 1. *Timoth.* II, 5.; Ita mens nostra, per quam solam à brutis differimus, in corporē nostro animali habitans unicum hominem: Et sicut DEI Filius, juxta *Paulum Roman.* I, 3. 4. atque *Athanasium*, ex semine Davidis juxta carnem, aut substantia matris in seculo natus, & habitu ut homo inventus, DEUS secundùm spiritum sanctificationis ex substantia Patris ante secula genitus est; ita & hoc de homine, quoad præcipuam partem, insufflatam auram divinam seu mentem immortalem, prædicare nullus dubito, cùm huc respicere videantur dicta *Davidis Psalmo* CXXXIX, 16., *Jerem.* I, 5. & *Pauli Ephes.* I, 4. 5. Cognovisse jam quædam

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [76] - 62
PUBLIC DOMAIN

dam mentem noſtram, cùm nondum corpori eſſet unita, rectè ſtatuit *Auguſtinus*, referente hoc *Tillemontio* T. XIII. *Commentar. Compon. Hiſtor. Eccleſ. inſervituri*, ubi de Vita Auguſtini, idiomate Gallico editi: ſimili ratione ac *Johannes* I, 27. de Chriſto fatetur, quod illum ſecutus, & anteceſſerit; item verſ. 10., quod is poſt illum venerit, qui eum anteceſſit, quia ſeipſo prior fuerit. Unde homines 1. *Corinth.* III, 16. 17. VI, 19., & 2. *Corinth.* VI, 16. *Epheſ.* II, 21. 22. Templum DEI & Spiritus Sancti dicuntur: qui nempe 1. *Corinth.* II, 12. acceperunt Spiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciamus, quæ à DEO donata ſunt nobis: quos idem *Paulus in Act.* XVII, 28. 29. in DEO vivere, Moveri & Eſſe pronunciat, atque Ethnicorum Athenienſium Poëtas allegando, DEI Progeniem & Genus vocat, uti hoc etiam *B. Lutherus in Gloſſa Margin.* confirmat. Per hoc enim cognoſcimus, quod in DEO manemus, & DEUS manet in nobis, quod de Spiritu ſuo dedit nobis, 1. *Johann.* IV, 13. Imò *Coloſſ.* I, 15. & 2. *Corinth.* IV, 4. Paulus CHRISTUM Imaginem DEI dicit; hinc *verſu* 7. quòd theſaurum hunc (φωτισμὸν nempè ſeu illuminationem cognitionis gloriæ DEI in facie JESU CHRISTI, juxta *verſum antecedentem*) in vaſis fictilibus, corpore nimirum terreno, 1. *Corinth.* XV, 47. nos habeamus, ut virtutis (divinæ in corpore noſtro) eminentia ſit DEI, & non ex Nobis, quâ ſcilicet hominibus: item *Epheſ.* IV, 16. quòd ex CHRISTO totum corpus ſit coagmentatum; qui *Johann.* XVII, 22. hominibus eandem, quam ipſi Pater, gloriam dedit, ut ſint unum, ſicut Pater & CHRISTUS unum ſunt; per quam nobis, juxta 2. *Petri Epiſtol.* I, 4., maxima & precioſa promiſſa donata ſunt, ut per ea divinæ naturæ participes reddamur.

Ipſe *CHRISTUS in Orat. Domin.* nos orare docuit: Pater Noſter qui es in coelis; idquè tam auræ illius divinæ ſive mentis in prima creatione nobis inſufflatæ, quàm etiam

etiam Redemptionis ratione. Conf. *Paulus Epheſ.* I, 6. & *Wirdigius l. a. in Prolegom.* § *8.* Unde idem etiam *Paulus Roman.* IIX, 15. 16. 17. dicit, quòd Spiritus DEI, unà cum Spiritu Noſtro, teſtetur, Nos Filios DEI eſſe, per ſpiritum adoptionis clamantes: Abba Pater! Quippe DEUS de terra fecit aut creavit corpus organicum, ἄνθρωπον ἐκ γῆς χοικὸν, hominem de terra terrenum 1. *Corinth.* XV, 47. in imis nempe partibus terræ Pſ. CXXXIX, 15., quæ juxta *Crollium in Præf. Admonit. p. m. 31.* omnia ſemina in ſe continet, unà cum anima corporea, rationali & ſenſitiva vulgò dictà, ψυχῆ, *Neſchamah;* unô verbo ἄνθρωπον ψυχικὸν, in ſtatu nempe animalitatis, & Zoophyti inſtar, ſine mente præditum: ſicut etiam duæ hæ partes materiales ab omnibus Theologis & Anthropologiæ Scriptoribus rectè conjunguntur, & pro unica parte habentur, adeoque in ipſa Scriptura Sacra, in ſpecie *Geneſ.* VI, 3. 12. 13. VII, 16. 21. IIX, 16., *Matth.* XXIV, 22. XXVI., 41. *Roman.* III, 20., 2. *Corinth.* VII, 1., *Galat.* IV, 14. V, 13. 16. 17. 19. 24., *Epheſ.* VI, 12., 1. *Petri* IV, 6. & paſſim conjunctim ſumptæ *Nephеſch*, σάρξ, *Caro*, appellantur: Uti hoc, linguæ Hebrææ imperitus, ex diſcurſib. ſuprà laudati *Löſcheri* (qui quidem, quoad attributa divina mentis ſive ἅγιον πνεῦμα ſος mecum non conſentit, ſed veteri Theologorum ſententiæ adhuc adhæret) aliquoties audivi. Ideoque homo lapſus & irregenitus, in quo nempe πνεῦμα per opera carnis impeditum aut ſuffocatum eſt, adeoque non capax eorum, quæ ſunt Spiritus DEI, à B. *Luthero* 1. *Corinth.* II, 14. eleganter vocatur *Homo Naturalis*, der natürliche Menſch/ in verſione verò Latina *Homo Animalis*, & in Græco fonte Ἄνθρωπος ψυχικὸς.

Animali huic, quoad vultum ad ſidera erecto, DEUS in faciem inſufflavit auram ſuam divinam, *Niſchmat Chajim*, juxta *Senecam Lib. de Beata vita c.* 31., item in *Epiſt.* 66. 92., ac *Lib. de Otio Sapientis*, item *Paracelſum Lib. Azoth ſeu de Ligno*

gno & de Linea Vitæ in T. Opp. l. p. m. 676., & *Arnoldum in Hiſtor. & Deſcript. Theolog. Myſt p.* 42. Quo divino afflatu anima, vitæ omnis fons, & primarius rector in corpore animali, tanqvam Zoophyto, in actum ſecundum & motum vitalem excitata atque accenſa eſt, (verbum enim *Naphach* à linguæ ſanctæ Profeſſoribus per *Excitavit*, aufgeblaſen und angezündet/ explicari, ex ſæpiùs laudato *Læſchero* audivi) & ſic homo evaſit in *Nephеſch*, *Animam viventem*, id eſt primùm Vivere, Moveri, & Homo Eſſe incepit. Conf. *Hiob XXXIII*, 4., 1. *Reg.* VII, 21, 22., 2. *Reg.* IV, 34. 35. & *Borellus Obſ. Medico-Phyſic. Cent. III. Obſ.* 58. *de Inſufflatione.*

Numen ſiquidem æternum, ſi à ſe aliqvid foras diffundere, & res in tempore creare voluit, illas cum aliqua luminis à ſe reflexi ſcintilla ſuper Nihilum, (Inviſibile) adeoque cum aliqua cujusdam ſuarum proprietatum Imagine, repræſentare debuit, uti ingeniosè loqvitur Illuſtriſſimo *Bern. Treviſanus in Meditat. Philoſoph.* idiomate Italico editis, cujus verba in Latinum verſa recenſentur ab Illuſtribo *Actor. Erudit. Lipſienſ. Collectoribo Menſe Junio Anno* 1706. *p.* 254. 255. Idem enim *Lumen* ſive *DEI Spiritо*, qui *Geneſ. I*, 2. ſuper faciebo aquarum primordialium incubabat & ſe movebat, igneumquè vigorem iis impertiebat, eadem eſt *ſcintilla Divinæ Imaginis* in microcosmo, ſub *mentis immortalis* ſeu *animæ rationalis* conceptu habitans; qvi à ſolo Chriſto procedens, in *Novo Teſtamento Spiritus Sanctus*; immediatè verò à Deo ipſo emanans, tam in *Veteri* quàm *Novo Teſtamento*, *Spiritо DEI ac Domini*, aut *Spiritus* κατ' ἐξοχήν, vocari ſolet, exceptis *Lucæ I*, 35., ubi cum ſemine Mariæ incarnaturus, tanqvam *filius* ille *Dei* ex hujus ſubſtantia ante ſecula genitus, & *cap. III*, 21. a cœlo in Chriſtum baptizatum deſcendens, à ſolo jam allegato Evangeliſta *Spiritus Sancti* encomio inſignitur.

Quemadmodum verò, ratione auræ hujus divinæ, microcosmus ante lapſum in perfectiſſimo erat ſtatu, ita & ma-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [79] - 65
PUBLIC DOMAIN

crocosmus, *Geneſ.* I, 11. 12. 13. II, 4. 5. 6. 8. 9. Divinæ enim potentiæ & ſapientiæ conſentaneum erat, ut ad perfectiſſimum ſtatum & gloriam perducto microcosmo, etiam macrocosmus ad ejus ſimilitudinem proveheretur, uti Dni D. *Löſcheri Nodum in ſcirpo* elegantiſſimè & ſolidiſſimè enodavit Ingenioſus *Langius Sect. poſter.* §. 5. *p.* 109. Et ſicut poſt lapſum homo ê paradiſo ejectus morti ac corruptioni obnoxius, imò vitâ æternâ indignus evadebat, *Geneſ.* III, 14. 19. 22. 23; ſic propter eundem, ê terræ fructibus alimentum ſuum depromentem *Geneſ.* I, 29., ſimul etiam corrumpebatur macrocosmus, juxta *Geneſ.* III, 17. 18. Utrique nimirum DEUS maledicendo, luminis ſui, igneo vigore omnia replentis, motionem & irraditionem impediebat, atque ad ſcintillulæ minutiſſimæ remanentiam obſcurabat, imò terræ penitus ſubtrahebat. Conf. *Tackii Chryſogon. Animal. & Mineral. p. 8.* & *Myſter. Reſurrect. Rerum p. 9.*, nec non jam dictus *Langius l. a p.* 110., ubi egregiam hanc harmoniam inter macrocosmum & microcosmum ingeniosè oſtendit. Probis tamen & fidelibus benedicendo, uberiorem luminis ſui motionem ac irradiationem ceu donum promittit, vigore mandati *Num.* VI, 24 26., *Devteron.* XXIIX, 2. 12. & paſſim. Confer. etiam *Paulus 1. Corinth.* III, 7., & *Pſalmi* XXXI, 17., LXVII, 2., CXIX, 135. *Benedictio* enim *Divina*, hujusque *Facici* aut *Vultus Illuminatio*, quid aliud ſunt, quam effuſio, motio & irradiatio Luminis aut Spiritus Divini, nunc largior nunc largiſſima, pro donorum ſcilicet & divinæ bonitatis placito? Ab hoc enim DEI Spiritu omnium rerum vigor, vegetatio, conſervatio & multiplicatio reſtaurata deducenda, juxta *Geneſ.* IIX, 21. 22., non quaſi ipſe Sanctus hic Spiritus, tanquam forma & anima materiæ incluſa, omnibus rebus immixta ſit, aut has conſtituat, ſed quia vim igneam illis indidit & adhuc indit, qua multiplicantur, & ad ultimum usque mundi terminum propagantur.

tur. Adeoque *Mengeringius Scrutin. Conscient. c. 5. Quæst.* 117. *Abasver. Fritschius in Medico Peccante Conclus. V. p.* 27. 28. & *Dissert. Juridico-Polit. de Jure Plantandi* § 22. item *Freitagius in Noctib. Medic. c.* 2., Medicos & Plantatores monent, ne *Illi* arti & eruditioni, *Hi* verò industriæ suæ, sed Benedictioni solùm Divinæ, adscribant felices curarum atque laborum suorum successus & plantationum fructus.

Hæc si judiciosissimus aliàs *Helmont. in Tr. de Intell. Adami p. m. Opp.* 430. penitiùs paulò perpendisset, facilè etiam sibi persuasisset, qua ratione Adamus scientiam illam atque cognitionem rerum naturalium, qua vi primævæ creationis mirè pollebat, quoad priorem integritatem in omnes posteros propagare non potuerit; licet in ipso peccati lapsu integra penes illum manserit: siquidem peccati originalis culpâ omne illud, quod nunc scimus & cognoscimus, ob auræ divinæ seu mentis immortalis, fontis scientiæ omnis & cognitionis, ad minimam scintillulam usque, remanentem particulam, juxta 1. *Corinth.* XIII, 9. & *Syracid.* XIIX, 6. ex parte tantùm est, adeoq; intellectus noster per modum artis ac disciplinarum ad rerum cognoscibilum notitiam assurgere necessum habet.

Dum autem Deus animali hominis corpori in prima creatione debitam & proportionatam Luminis sui seu Spiritus Divini partem aut mènsuram in faciem insufflavit, & hoc modo fecit hominem in imagine sua secundùm similitudinem suam *Genes.* I, 26., & juxta *versum sequentem* creavit in imagine sua, in imagine DEI (*umbratili* nempe seu *ideali repræsentatione juxta assimilationem DEI*) illum creavit, factum est Animal Divinum & Sacrum, juxta *Poterium Cent. II. Observat. & Annotat.* 77., atque Celeberrimum nostri Seculi Medicum *Wedelium Decur. V. Exercit. Medico-Philolog. 8. p.* 43. aut, quod idem est, sanctius animal mentisque capacius altæ juxta *Ovidium Metamorph. Lib. I. Fab. II. versu* 45. *seqq p. m* 5.,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [81] - 67
PUBLIC DOMAIN

aut Animal Mentale, ad imaginem nempe DEI conditum, judicio ſupra laudati *Lentilii in Literis Nordlingâ 3. Februar. Anni 1690. ad me miſſis*; animal quaſi amphibium ſeu mediæ naturæ ac ordinis inter angelos (ad imaginem DEI teſte *Lactantio Inſtitut. Lib. II. §. 6.*, & *B. Huttero in Compend. Locor. Theolog. V. Quæſt.* 2. pariter conditos, atqve formaliter in igne flammante *Pſ.* XIV, 4. collocatos) & *bruta* ſecundùm *Williſium de Anima Brutor. P. I. cap. 7. p. 60.* Conf. *Geneſ. V*, 1. *IX*, 6, *Salomon. Sapient. II*, 23., *Syrac. XVII*, 3., *Paulus* 1. *Corinth. XI*, 7., *Coloſſ. III*, 10., *Jacobi Epiſt. III*, 9. Neminem igitur abſurdi quid credere puto, qui hominis mentem immortalem ex aura DEI ſive hujus eſſentia ſeu ſubſtantia immortali & immutabili extitiſſe ſtatuit, intempeſtivo *Concilii Bracarenſis Anathemate*, qvod allegat *Gerhardus in Geneſin*, non obſtante. Confer. etiam *Thomaſius in Præfat. ad Libros Poiretti.*

Nec ullus Theologorum, quantùm ſcio, imaginis divinæ reliquias, quæ à particula auræ divinæ nihil, niſi terminis illis ſcholaſticis ac metaphyſicis, differunt, in homine lapſo unquam negavit aut oppugnavit. Utut enim imago DEI in eſſentia ſpirituali, æterna, ſumma ſanctitate ac bonitate, juſtitia, miſericordia divina, ſimilibusque attributis, *Sapient. Salom.* VII, 22., *Galat.* V, 22. 23., *Wirdigio l. a.* §. *10.* enarratis, conſiſtere rectiſſimè quidem dicatur, confunditur tamen ipſa ſubſtantia archetypi ſive εἰκόνος divinæ cum virtutibus & fructibus divinis, adeoqve forma expreſſa, ipſa nempe idea & umbratilis repræſentatio juxta aſſimilationem DEI, ceu ens ipſum, cum proprietatibus & effectibus. Rectiſſimè hinc *Plato* inter prima bona Deum ſummum, mentemqvè illam, quam νῦν vocat, ponit, ex quorum fonte animi virtutes, Prudentia, Juſtitia, Pudicitia, & Fortitudo profluunt; vid. *Apulejus de Habitu Doctr. Platon. II. p. 12. 13.*, & *Laërtius in Plat. p.* 165.

Vanum pariter & planè falſum, imò abſurdiſſimum eſt, qua-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [82] - 68
PUBLIC DOMAIN

qvaſi hypotheſis de particula auræ divinæ in homineDivinitatis diviſionem inferat. Utut equidem plurimi particulam hanc à *Platone, Seneca,* aliisqve Ethnicorum Philoſophis, in ſenſu Phyſico ita appellatam & intellectam falsò præſupponant, indequè diviſionem in partes integrantes realem ſibi concipiant, hinc eandem cum diviſione populari, menſuratione nimirum, confundant; nemo tamen hodiernorum Phyſicorum acMedicorum diviſionem talemPhyſicam, ſpirituum etiam corporeorum, imô corporum ſimpliciſſimorum elementalium, naturæ ê diametro repugnantem admittet, niſi forſan in conceptu mathematico ſeu mentali, quo nimirum Carteſiani corpora quævis in infinitum ſeu ſine fine diviſibilia ſomniant. Nulla enim diviſio in partes integrantes fieri poteſt, niſi corporum compoſitorum aut diffiſſione mechanicâ, aut diacriſi chymicâ; qua quidem totius ſubſtantiæ diviſibilis textura, hujusque particularum ſitus, & hinc forma ſpecifica, quam nunc habet, diſſolvitur, adeoque corpus ipſum planè deſtruitur; de ſubſtantiis contrà homogeneis & ſimpliciſſimis, tam corporeis quàm ſpirituoſis, fruſtrâ & ridiculo conatu tentatur; imprimis in aura divina homini inſpirata, quatenꝰ tantum eſt ſcintilla ignis ſeu luminis divini, ſcintillula amoris divini, lucis ſpiritualis, puriſſimæ, clariſſimæ, radiꝰ potentiæ Dei, radius divinæ virtutis, cujus intuitu mens, ſeu anima hominis rationalis, perpetuum deſiderium unionis cum Deo habet; defluxio ſincera gloriæ Omnipotentis, ſplendor lucis æternæ, &c: uti ipſius DEI eſſentia atque mens noſtra immortalis à *Salom. Sap. VII, 25. 26.*, & in *Act. Halenſ. Tomo V. Obſ. 3. p. 67.* ex *Bernardini Ochini Apologis*, nec non à ſæpiûs laudato *Thomaſio in Conf. de Fundam. primis Doctrinæ ſuæ ad M. Rotthium* anno 1695., deſcribitur, de quo vid. jam dicti *Rotthii Atheiſtic. ſic dictor. Thomaſ. Januarius p. 40. & 45.* Sub lucis enim idea ipſe DEUS in Scriptura Sacra à nobis concipi vult, quando nimirum *1. Johann. I, 5. Lux, in quo nullæ ſunt tenebræ, & Jacobi I, 17. Pater Luminum,* dicitur. Confer. *Evangelium Johannis*

nis I, 5. 8. 9. 10. *IIX*, 12. *XIII*, *35. 46. Apocal. XXI, 23.* Sub qva lucis ſpecie patribus etiam primævis apparuit, ut Abrahamo *Geneſ. XV*, 17. *& Sauli Actor. IX*, 13.; vel ſub ignis & flammæ, ut Moyſi *Exod III*, 2. *ſqq. XXIV*, 17., & Iſraelitis in deſerto *XIII*, 21. *22. XIV*, *24. XIX*, 18., *Numeri IX*, 15. *ſqq. XIV*, 14., *Devteron. IV.* 11. 12. 15. *24. 33. 36. V*, *4. 5. 22. 26. IX*, *3.* 10. 15. *XIIX*, 16. *Ezechieli IIX.* 2. Conf. etiam *Thomaſii Tract.* vom Weſen des Geiſtes *cap. 7.*, nec non *Appendix, annexa Eruditiſſimi Stübelii Obſervationibus, quas hic Albrechtii Chriſtiani Rothii Atheiſticis ſic dictis Thomaſianis oppoſuit p. 47., Morhoſius Diſſertat. de Enthuſ. ſive Fur. Poët. p. 76. Kirchmaierus de Phoſphoris, Nat. Lucis & Igne cap. 2. Sect. I. p.* 19. *&* 20., *& Joh. Lud. Hannemannus Exerc. Phyſ. de Luce Theſ. VI. p. 8.*

Quemadmodum igitur minima ignis ſcintillula globi noſtri ſublunaris in ſenſu ſaltem vulgi, per ἀπαρίθμησιν nempe ſeu partitionem aut menſurationem, pars ignis dicitur, quæ in mente qvidem ac Mathematicè in millenas alias, ceu tot atomos, dividi poteſt, reapſe tamen & Phyſicè ab eſſentia ignis, igneique vaporis, flammæ, lucis &c. nil differt, multo minus ab igne diviſa dici poteſt, de quo etiam legi meretur *Wirdigius l. a. Lib. I. cap. 16. § 9. p. 63.*; nec, ubi à candelæ ardentis flamma, utut lumine terreno & actuali, vel millenæ aliæ accenderentur, credi debet, igneum hunc vaporem ſeu flammam ac lumen illud in millenas alias diviſum eſſe: Ita per auræ divinæ particulam aut ſcintillulam luminis æterni incomprehenſibilis, nemo ſanus neqve mentis noſtræ, neque ipſius DEI, diviſionem in partes concipere valebit, quando nimirum illa mediante ſpiritu hominis vitali ſive anima per traducem propagatur, & tanquam vehiculo, fomite aut capſula in perpetua flamma ac lumine ſervatur, atq; millenis aliis individuis communicatur, non ſecus ac millena alia lumina ex unico excitari atque accendi poſſunt. Sicut etiam Moyſes *Exodi* XXXIV, 29-35. propter quotidianam in monte Sinai cum DEO converſationem, ſine ulla aut ipſius Dei, aut emanantis hujus radii

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [84] - 70
PUBLIC DOMAIN

dii luminoſi diviſione, neque in Deum mutatione, tantum ſplendorem radioſum contraxit, ut etiam Aaron aliiq; Iſraëlitæ illum non, niſi facie obvelata, accedere & conſpicere auſi fuerint. Ut taceam, quod cùm *Judic.* XIV, 6. 19. XV, 14., 1. *Samuel.* X, 6. 10., *Johanne* XX, 22. 23., *Athanaſii Symbolo* v. 23., & B. *Huttero l. c. Loco I. Quæſt. 9.* Spiritum Sanctum â Patre & Filio prodeuntem piè credamus, ſine ullo horum diviſibilitatis conceptu, utpote qui menſurabilis quidem, nullo verò modo diviſibilis eſt.

Quæritur autem: Unde inſolita rerum cognitio extra paroxyſmum catalepticum, libero nempe animæ per cerebrum influxu? e. g. undenam *ovum â matre reconditum* fuerit? undenam puella ſciverit, *vetulam Sabinam ſepimentum vitis caſtraturam?* unde *prædictio venti & canis latratus?* unde facta illa *die 7. Aprilis indictio reperiendorum Magicorum, quæ & qualia hæc futura ſint?* Reſpondeo, quod puella hæc, propria ex confeſſione, *per ſomnium viderit* & addidicerit. Jam verò, cum juxta *Ciceronem de Divinat. Lib. I. c.* 33. corpus in ſomno, ſimiliter ferè ac in catalepſi, mortui inſtar jaceat, in quo mens noſtra tantùm viget & vivit, adeoque hæc â ſenſationibus & mundanorum impreſſionibus vacet, atque â vinculis animæ liberior ad recipienda cœleſtia idonea & multô divinior ſit, non mirum, ſi quando rerum humanam cognitionem ſuperantium viſionibus gaudeat. Conf. *Jamblichus de Myſteriis Lib. II.*, & *Artemidorus in Oneirocrit. cap. 1.*, qui duplicem in mente noſtra vitam ſtatuunt, quarum altera cum corpore exiſtit atqve cum illo verſatur; altera verò divina, â materiæ conditionibus remota & ſejuncta eſt. Cum ergò mens, ſomni tempore â corpore veluti liberata, in ſe permanens vitâ hâc intellectuali atq; divinâ quodam modo expergiſcitur & excitatur, operatur dein, & hoc modo rerum futurarum videt initia aperta & clara. Mens enim hæc noſtra

â cor-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [85] - 71
PUBLIC DOMAIN

à corporis commercio vel paululum semota intellectu puro viribusque divinioribus prædita est, hinc juxta *Vossium in Theolog. Gent. p.* 900. eo ipso momento, quo à corpore sensationes debiliores recipit, eò magis Deo uniri potest: Unde *Ovidius de Ponto Lib. III. Eleg. 4:*

Ista DEI vox est: DEUS est in pectore nostro;
Hoc duce prædico vaticinorque, DEO.

Observantur autem catalepsis, & agonisantium insolita scientia, somniaque ejusmodi cataleptico-ecstatica ac divinatoria, censente etiam *Huarto in Scrutin. Ingen. c. 3.*, plurimum in hypochondriacis, in specie ad melancholiam hypochondriacam inclinantibus, & qui, juxta sæpius laudatum *Hoffmannum in Fundament. Medic. cap.* 3. §. 15, ab his gradualiter tantùm differunt, phlegmaticis; à peculiari nempe & certa spirituum ac massæ sanguineæ crasi, adeoqve tranqvillo horum statu ac motu, juxta eundem *Hoffmannum Disput. de Potent. Ventor. in Corpus humanum*, inquè subjectis ad vitia & malitiam minus facilibus: cujusmodi in dolis & nostram puellam fuisse, ex curiosi & circumspecti Catechetæ Zittavienſis, Dni M. Grünewaldii relatione, hujusqve cum puella ægrotante instituto examine catechetico, abundè patet; quæ etiam, *parentum ac vicinorum testimonio, à tenera ætate laudabilia pietatis, modestiæ & obedientiæ specimina edidit.* Decuria seculi elapsi nonà (annus memoriâ mihi excidit) in pago non procul abhinc dissito, Beerendorff, puer rusticus septem aut novem præter propter annorum, mentis aliàs placidæ & tranquillæ, dysenteriâ correptus, in agone, me & Dno Davide Wolffio, ecclesiæ illius & Döbernicensis Pastore nunc beato præsentibus, se ipsum selectissimis cùm Veteris tum Novi Testamenti dictis erigebat, Dictorum loca, capita, quin & ipsos versiculos allegans, illaquè sat scienter explicans, cùm tamen præter Psalterium, Syracidem, Epistolas & Evangelia Dominicalia

calia, Scripturam Sacram nunquam perlegisset; quamvis nec hoc negandum, quod præfati Pastoris testimonio, sacris concionibus utriusque Ecclesiæ singulari cum attentione nunquam non interfuisset, omnesquè præcox ejus ingenium stupuerint. Conf. *Bartholini Actor. Hafnienſ. Volum. V. Obſ. 67.* De *le Febure*, Celeberrimo Regis Galliæ Chymico & Pharmacopœo, sæpè laudatus *Thomasius Histor. Sapient. & Stultit. P. II.* refert, quòd ille in somno linguis peregrinis locutus fuerit, ac aliis in omnifaria, quâ interrogatus linguâ, responsa dederit. De se ipso profitetur suprà laudatus *Zeidlerus l. a. pag. 180.*, quòd inter somniandum longum satis sermonem Græco & Gallico idiomate habuerit, cùm tamen vigilans vix unam vel alteram periodum, haud interruptâ serie, efferre potuerit. Huc quoque pertinet curiosa historia *Zanardi*, quam *Tract. de Universo Parvo, Mixto Homine, Quæst. XIV. p. 98.* de se ipso allegat, & ab *Hannemanno Anno III. Ephemer. Acad. Nat. Curios. Observat. 61. Decur. III. pag. 74.* refertur, quòd in componendis carminibus, in Græca ac Hebræa lingva æque imperitus fuerit; & nihilo tamen minus in somno, currente discursu, carmina pulcherrima Latina & vulgaria formaverit, concionesquè ordinatas in somno confecerit quàm in vigilia elegantiores, & quæ vigilans vix multo labore penetrare valuit, somno deditus in promptu habuerit. Similia exempla adducunt *Morhofius Polyhist. Lib. II. cap. 9. p. 423.*, & *Tenzelius ἰσοφρώνιος in Colloqu. Menstr. Mense Mart. Anni I. p. 282. 283.*, & *p. 988. 989.*, item *mense Julio Anni 1693. p. 522. 523.* Sic etiam omnibus artificibus in somno variæ artium institutiones subditæ & suggestæ fuerunt, quas posteà ardenti desiderio insectati sunt: ubi imaginatio ipsorum admiranda & stupenda præstitit, cujuslibet Philosophi Euestrum attrahendo ad se, qui artes ejusmodi postea plenius docuit, verba sunt *Paracelsi Libr. de Philosoph. Occulta, ubi de Spiritual. Visionib. & Apparit. in somno T. Opp. II. p. m. 486.* Unde *Claudianus*;

~~Hæc~~ Omnia

Omnia, quæ ſenſu volvuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa thoro cùm membra reponit,
Mens tamen *ad ſylvas* & ſua luſtra redit.
Judicibus lites, auriga ſomnia *currus*,
Vanaque nocturnis mera cavetur equis.

Conferatur *Fragmentum ex Libris Galeni de Dignot. ex inſomn. in Claſſi Opp. IV. p. m.* 433.

Hæc enim ex principiis primis menti noſtræ connatis manare, principia autem hæc nobiscum nata imaginis divinæ reliquias eſſe, prudenter judicat *Zanardus l. a.* Diffiteri ergò non poſſum, (ut laudatiſſimi *Hannemanni verba l. a.* eleganter adducta mea faciam) mihi hanc arridere ſententiam, quâ ſtatuo, omnium ſcientiarum, linguarum artiumque prima principia vel ideas menti humanæ eſſe innata, & per modum diſciplinæ evolvi, atque in actum ſecundum produci; ſicque omnes homines potentiâ, quoad innatas ideas, æquali modo eſſe eruditos. Videatur *Paracelſus in Fragment. ad Medicin. Phyſic. pertinent. cap. de Morbis Somnii in T. Opp. I. p. m.* 176., ubi quemlibet hominem omnes artes & ſcientias in ſe habere, nec alterum altero plus minusvè accepiſſe ſtatuit; Unde *Carteſius* in ſe nunquam plus ingenii eſſe, quàm in quolibet ê vulgo, judicavit *Diſſertat. de Meth. §. 1.*

Elegantes etiam circa inſomnia Obſervationes recenſet *Henr. ab Heer Obſ. 2.* Nec minùs curioſa de quibusdam Poëtis ingenioſiſſime ſomniantibus exempla exhibent nobis Celeberrimi illi Polyhiſtores, ſæpè allegatus *Morhoſius Diſſertat. de Enthuſ. ſive Fur. Poët. p. 75.*, & *Paullini in Obſervat. Medico-Phyſicar. Faſcic. II. Anno Ephemer. Nat. Curioſ. VI. Decur. II. annexo, Obſ. 21. pag. 24-28*; nec non *Obſervat. 12. p.* 14-18. ſomnium ecſtaticum prudentiæ & vaticinii plenum Johannæ de Alliot, Sociæ olim virginum Ciſtertienſium prope Iſenacum. Præ aliis allegationem meretur Virgo illa Sta-

Stadenſis *in Append. ad Annum I. Ephemer. ſæpius dictar. Decur. III. pag.* 37-84., quæ, per integrum annuum ſpatium, omnem morbi viciſſitudinem ipſamque medendi rationem Medico ſuo, Clariſſimo nempe *Bauzmanno*, variis ſomniorum prædictionibus manifeſtavit. Parallelum ferè exemplum communicavit *Gerard. Feltmannus Tract. de Dea Podagra c.* 23. Mirum mortis ex ſomnio præſagium Celeberrimus Ferrarienſis Profeſſor *Lanzonus Anno Ephemer. allegatar. I. Decur. III. Obſervat.* 24., ſimiliaquè ſomnia mirabilia *Alex. ab Alex. Genial. Dier. Lib. I. c.* 2. & *Schottus in Phyſ. Cur. Lib. III. cap.* 25. recenſent. Alexandrinos olim in ſomniando felices fuiſſe dictos, vid. *Iſaacus Voſſius Commentar. in Catull. p.* 28; uti etiam de Lacedæmoniorum, Luſitanorum, Ægyptiorum & Babyloniorum, imò & Romanorum, medendi, nec non plantas & alia remedia expiſcandi modo per ſomnum & inſomnia, in Templis Apollinis, Æſculapii, Serapidis, & Iſidis Deæ ejusque filii, ſeu juxta alios conjugis Ori, Celeberrimus quondam Medicus Lipſienſis *Chriſtian-Johann. Langius Hiſtor. Med. in P. I. Opp. p. 7. 8.* ex *Galeno de Curis per S. M. c. 23.*, *Kircheri Oedypo Ægypt. T. II. Diatr. 4. fol. 69.*, *Conringii Medic. Hermet. pag. 114.*, & *Meibomii Diſputat. de Decub. in Fauuis Deaſtror. valetudinis adverſæ ergò.* De mirabili ſomnio Artorii, Medici Imperatoris Auguſti, quo mediante Imperator ſervatus eſt, legi poteſt *Lactantius l. a.* §. 8., & de mirabili ſomnio Ottonis Henrici, Comitis Lippienſis, *Index Zeileri ad P. III. Epiſtol. ſub voce* Träume.

Somniis his divinatoriis meritò adjunguntur ecſtatica illa Abrahami *Geneſ. XV, 12.*; Jacobi *XXIIX, 12. XXXII, 24-30.*; hujusquè filii Joſephi *XXXVII, 5-10.*; pincernæ & piſtoris Pharaonici *XL, 9. 10. 11. & 17.*; uti etiam Pharaonis ipſius *XLI, 1-8. & 17. ſeqq.*; ſomnium Samuelis *1. Sam. II, 5. ſeqq.*; Nathanis *2. Samuel. VII, 4-17.*; Salomonis *1. Reg. III, 5-15. IX, 2-9. XI, 9-13.*; Jeremiæ, *in hujus Prophetiæ cap. I, 11. ſeqq.* & Ezechielis, *hujus Prophetiæ cap. XXXVII*; Nebuchodonoſaris *Daniel. II.*; Joſephi, ſponſi Mariæ, *Matth. I, 20-24. II, 13. 14. 22.*, Magorum Orientalium *verſu 11.* uxoris Pilati *XXVII, 19.*, Pauli apud *Lucam Actor. XVII, 23.* Conf. *Joël II, 28, 29. Lucas l. a. II, 17. 18.*

Et talia utplurimum in subjectis frigidioribus & placidioribus, uti sunt hypochondriaco-melancholici, phlegmatici, & pituitosi; quorum *Isti*, propter salia acidiora, rigidiora & asperiora in massa sanguinea, hincquè spiritus crassiores quasi tenebricosos & in motu tardiores, naturaliter sunt taciturni & cogitabundi, atq; juxta *Hiob. X, 15. & Esaiam* LIIX, 5. capite dejecto incedentes nimiis animi meditationibus, vel cogitationibus firmioribus aut fixioribus ac profundioribus occupati: qua etiam ratione *Aristoteles* in Poetis acrimoniam humoris melancholici requirit, unde spiritus talis Poeticus θεῖον πνεῦμα I. ἐνθουσιασμὸν ipsis vocari solet *in T. X. Actor. Halens. Obs. 5. §. 1.* Maximus enim animi & corporis est consensus, hinc qualis est sanguis, talis spiritus, & tales motiones. *Hi* verò, unà cum *Illis*, à succis serosis, mucilaginosis, aut uberiore chylo dulci, in actionib9 segnes, torpidi, tædiosi, somnolenti, &c. paucos spiritus gignunt, unde succumbentes citissimè somniant. Nemo enim sanæ mentis, uti suô jam tempore rectissimè judicavit *Plato in Tim. p. 543.*, divinum & verum vaticinium ullum assequitur. Mente namque hominis, juxta *Paracelsum Tract. suprà alleg. de Imaginibus*, in se ipsa submersâ & suffocatâ homo oculis videntibus est cœcus, auribus audientibus surdus, &c. unde hic profundis suis cogitationibus in mente submersus, similis quidem illi est, qui omnes sensus amisit, & pro stultissimo in mundo habetur; apud DEUM tamen Vir est sapientissimus, cui DEUS omnia sua secreta ostendit, & abdita quævis, plus quàm cæteris mundi sapientibus omnibus, commonstrat. Cum quo conf. *Matth.* XI, 25. & *Paulus* 1. *Corinth.* III, 18.

Ubi verò spiritus animales nimis subtiles nimiumque mobiles sunt, mens illis incarcerata (animam enim seu spiritus animales esse capsulam sive vehiculum sive vinculum mentis immortalis, quæ nempe illius beneficio corpori animali jungitur & fer-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [90] - 76 PUBLIC DOMAIN

ferruminatur, ex *Tachenio in Princ. Morbor. p.* 40., *Hoffmanno de Aff. Catalept. p.* 10. & 13., nec non *Wirdigio l. a. cap.* 14. §. 2. 13., & *c.* 16. §. 4. *ſcriptisque Zoroaſtrinis* patet) tunc illis brutis & ſenſitivis appetitibus adeò immergitur, ut altioribus & profundioribus meditationibus vacare non poſſit, unde ſpiritibus animalibus adverſus mentem concupiſcentibus, voluntas hominis ſe exerit prava: Conf. *Paulus* 2. *Corinth. IV*, 4. & laudatiſſimus *Lentilius in Miſcell. Medico-Pract. P. II. pag.* 591.

Somnia ergò ecſtatica ac divinatoria à catalepſi, quà cauſam formalem, multum non, ſed gradualiter tantùm abludere, certum eſt. Juxta *Williſium* enim *de Anima Brutor. P. I. c.* 16. *p. m.* 129. ſomnus, mortis ſoror, nihil aliud eſt, quàm quies animæ, à continuis motibus, laboribus, exercitiis, &c. delaſſatæ aut, juxta *Avicennam*, virtutum animalium motivarum & ſenſitivarum; & quidem in hypochondriacis, melancholicis & phlegmaticis tranquillior & firmior. Quemadmodum autem hi, præ aliis, internorum viſcerum, lienis præſertim, ſpasmis, cephalalgiis tenſivis, capitis obnebulationibus, ephialte, tam nocturno quàm diurno, Geſpenſt-Erſcheinungen und Auffhuckungen/ uti putant, ſomniisque turbulentis & terrificis &c. obnoxii ſunt, de quibus legi meretur Illuſtris Facultatis Medicæ Lipſienſis Reſponſum in *Zittmanni Medic. Forenſi Cent. VI. Caſu* 46. *p.* 1553.: eodem modo iidem quoque in ſomno ſtructuræ cerebri nervulorum, horumquè fibrillarum, ſpasmodicæ firmiori ſunt expoſiti, unde animæ aut ſpirituum animalium in centrum ovale motus plus minus ſufflaminatur, ut ideò mens immortalis, omnigenæ ſcientiæ in ſe capax, minús à carnis operibus ſuffocari, aut aliis ideis adventitiis turbari, ſed libera ac triumphans ideas ſuas animæ imprimere queat.

Interim, quando uberior in ſomno ſpirituum plus minus reſiduorum influxus concurrit, ſimulquè fortior impreſſio idealis accedit, & menti communicatur, imperfecti quippiam interdum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [91] - 77
PUBLIC DOMAIN

dum ac phantaſtici, non ſecus ac in ſomniis naturalibus, occurrere nullum eſt dubiũ. Et talis impreſſio dubio procul ægrotæ puellæ ſimul ſomniorum delirorum ac phantaſticorum occaſionem dedit; quatenus continuò nunc *de ovo imaginibus deſideratis pingendo*; nunc *de vetula odioſa, quæ ædibus Gottſchalckianis nuper relictis, in Altmannianis, è quarum forium regione aqua in gyrum diſperſa videbatur, habitaverat*; nunc de *faſcino* &c. cogitavit, hincq; in delirium, nunc mite nunc furioſũ; ſpiritibus verò animalib9 omni tempore à deliriis, nec non continuis exagitationibus & concuſſionibus, debilitatis & quieſcentibus, in ſomnia varia abrepta videtur. Rectè enim ſomnia, effato *Helmontii Tr. Jus Duum Virat. §. 30.*, *Sennerti in Inſtitut. Medicis*, & ſæpiùs laudati *Ettmülleri in Colleg. Pract. T. Opp. II. p. 339. & 1045.*, dormientium ſunt deliria, ſicut & hæc vigilantium ſomnia. Quid, quæſo, aliud videntur ſingulares illi *diſcurſus de vetula, quam in tergo faſciculum filamentorum ſulphuratorum gerere, & Criſpum* (quali capillitio diabolum, anteà forſan aut ex imaguncula quadam aut anili confabulatione ſibi impreſſum, imaginata eſt) *adorare dixit*, niſi deliræ quædam impreſſiones? Nonne delirantis ſunt geſticulationes, quibus *puellæ filamentorum glomerationem, ligamentorum lineorum texturam, horumquè confectorum manui ſiniſtræ ſuperinvolutionem, linteorum lotionem, pavimenti expurgationem, arcæ recluſionem, pecuniæ numerationem, ciborum præparationem* &c. *ſimulavit?* Nonne delirium ecſtaticum fuit *converſatio cum virunculo albo in prato viridi, ejusquè viſio in cœlo ſponæ?* Et ad horum claſſem meritò referendas putamus omnes illas viſiones, (dormientium ac ſomniantium quidem, pariter ac vigilantium, in quibus tamen poſterioribus ſemper concurrit ſpasmus nervi optici in tunica retina expanſi) Philoſophi Teutonici Jacobi Böhmii, Aſſeburgiæ, Leade, fullonis illius Brunſvicenſis Johann. Engelbrechtii, Philoſophorum Alchymicorum, & Enthuſiaſtarum illorum, quos Anglia Quackeros aut Quackerizantes vulgò appellare conſvevit; qui, cùm omnes ex idioſyncraſia nativa ſint aut hypochondriaco aut phantaſtices-ſeu ſtolide-melancholici, conſentiente, unà cum Clariſſimo Phyſico Dresdenſi *Dn. D. Schurichio*, modò laudata *Facultate Medica Lipſienſi in al-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [92] - 78
PUBLIC DOMAIN

legata Medic. Forenſi, Muſicâ reſtitui ſolent: Uti hoc non ſolùm confirmat exemplum Saulis *1. Samuel.* XVII, 15.16. & 23., cui anima delirio melancholico afflicta citharæ ſono divertebatur, mensque ſimul inquieta atque penitus oppreſſa reſtituebatur, & utraq; in alacriorem motum conjiciebantur; ſed etiam ex *Merſenno* allegat *Heucherus in Curioſa Diſſertat. de Aran. §. 19.* Conferatur quoque Excellentisſimus *Gerdeſius Diſput. de Morb. Ideal. Sect. II. Pract. §. 6.* Pariter ac ſagarum in montem Bructerorum conventus, inquè hoc cum aliis converſatio, comeſſationes, tripudia, ludos & concubitus cum diabolo &c. puras putas viſiones & inſomnia, ſive ex phantasmatum illuſionibus orta deliria ecſtatica eſſe, nunc ex idioſyncraſia nativa, partim hypochondriaco-partim cholerico-melancholica, hinc pravis & malitioſis nimiumquè intentis rerum Magicarum meditationibus, atque profundioribus ſuis phantaſiis ac fixis conceptibus, nunc magicis ungentis (qualia deſcribunt *Paracelſus in Philoſoph. de Sagis & eorum Operib. Tract. IX. cap. 1. in T. Opp. II. p. m. 458.*, *Cardanus de Subtil. Lib. XIIX.*, & ex his *Godelmannus Tract. ſuprà alleg. Lib. II. cap. 4. §. 1. 11. & 22.*) aliisquè diabolicis artibus & remediis contracta, exinde patet, quòd ſæpè ſagæ conclavi benè incluſæ & ſomnum capeſſentes, ſæpiusquè maritis accumbentes, mane enarraverint, ſe per aërem in montem Bructerorum volaſſe, aut portatas fuiſſe, & ibidem aut in campo quodam variisq; locis aliis, imò & in beſtias transmutatatas, cum ſociis ac ipſo diabolo ſaltaſſe, & concubuiſſe, multaque alia peregiſſe, cùm tamen & conclave ſuum & cubiculum nunquam egreſſæ fuerint, quod allegat *Godelmannus l. c. Præfat. in Librum I.*, item *Lib. III. cap. 7.*, *Fichardus Conſil. 124. Num. 2.*, *Gockelius l. a. p. 26. 27.*, & *Dolæus in Encyclop. Med. Lib. I. c. 13. §. 3. p. m. 199. 200.*, mihiquè ipſi, ex multifariis Actis Inquiſitionalibus perluſtratis edocto, firmiter perſuadeo. In ſpecie depoſuit *Anna, Laurent. Stæderii Ruſtici Mochervicenſis uxor*, coram Judicio Præfecturæ Delitienſis *Volum. Actor. III. Artic. inquiſit. 40. fol. 19. b.*, item ad Dn. Dn. Scabinorum Lipſienſium inſtantiam *fol. 31. Interro-*

terrogat. I., fœdus & concubitum cum diabolo, ad mariti latus cubans, iniisse in somno & insomnio, Deoquè simul abdicasse. Conferantur Illustres in Ducatu Magdeburgensi Consiliarii Regii, *Henric. Bodinus in Disput. de Fallacib. Indic. Magiæ §. 13.*, *Thomasius in Lect. Hybern. Anni 1702. p. 14. 15.*, *Fichardus Consil. III. No. 2.*, *Mart. Biermannus Disp. de Magic. Action. Thesi 18.*, & *Godelmannus l. a. c. 4. 5*, nec non *Guido Patinus*, Collegii Medici Parisiensis quondam Professor, qvi *in Epist. select.* omnia, quæ de sagis similibusque magis narrantur, cum *Naudæo* pro fabulis habet, unde etiam Judicia contra sagas & veneficos improbat, eoquè nomine increpat Mart. del Rio, atque Johann. Bodinum, quem ideò impium, & in Judaica superstitione mortuum esse, dicit. In specie allegat sæpè citatus *Godelmannus cap. 4. §. 23. p. m. 55. 56.* egregiam & curiosam historiam de Nobilis cujusdam Megapolitani famula, à veneficis sortilegii, & quòd cum ipsis aliquoties in monte Bructerorum fuerit, accusata. Nobilis hic ex propria famulæ examinatæ confessione sæpiùs institutam, & sequenti nocte cum reliquis instituendam, migrationem & transvolationem in montem Bructerorum percipiens, adjunctis sibi animarum Pastore & domesticis, mulierem noctu diligentissimè custodivit, exploraturus, utrum transvolaret nec ne? Sed misera illa unguento quodam se illinens in somnum profundum ita incidit, ut nec illâ nocte nec sequente die excitari potuerit. Altero autem mane interrogata respondit, se in Bructerorum monte conventum cum reliquis sagis reverà celebrasse, nec aliud sibi persuaderi passa fuit. Similia exempla adducunt etiam suprà laudatus *Henr. Bodinus in Disput.* alleg. §. 26., & *August. Lerchemerus in Tr. German.* von der Zauberey *c. 13. p. 117.*

Huic tandem subjungo notabilem illam melancholiam hypochondriacam cum imaginatione Venerea, & inde orto incubo circa genitalia convulsivo, quâ vetula quædam Bornensis correpta, anno 1674. coram Judicio oppidano pactum & congres-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [94] - 80
PUBLIC DOMAIN

greſſum Venereum, tam à prima juventute, imò materno utero nondum excluſa, quàm in carcere ipſo, inque hoc fœtuum diabolicorum per uterum excluſionem, multasquè faſcinationes, conſtanter confeſſa eſt. Quem verò affectum ſæpè allegatus *Ettmüllerus* circumſpecta ſagacitate, quâ mirè pollebat, feliciter detexit, miſeramquè hanc & innocentem Inquiſitam, corroboratâ ab Illuſtri Facultate Medica Lipſienſi ſententiâ, rogo liberavit. Caſum hunc, ob ſui ipſius quàm Judicii Ettmülleriani raritatem, ex *ſuprà allegata Medicina Forenſi* verbotenus exſcriptum, & exterorum in gratiam idiomate Latino translatum, Tractatui huic ſub ſigno ♀ adnectere placuit, quo B. L. officiosè ablegamus. De cætero videatur quoque modo laudatæ *Facultatis Med. Lipſienſis Reſponſum*, ſimilem concernens Veneficam imaginariam, *l. c. Cent. III. Caſu 2. p. 618. 619., Carpzovius Prax. Criminal. P. I. Quæſt. 48. Num. 22. ſeq., Rencking in Reſponſ. Jur. in Proceſſu contra ſagas cap. 1. num 67. & 99. ſqq., Fichardus T. II. Conſil. 3. num. 3., Alciatus Lib. IIX. Parerg. cap. 22., Wierus de Præſtig. Dæmon. Lib. II. cap. 11. p. m. 167., cap. 37. p. m. 295., & Lib. V. c. 8. p. 638. ſeqq.* Edition. ſuprà allegatæ, *Johann. Salisburienſis Polycrat. Lib. II. cap. 17., Philipp. Camerarius Horis ſucciſ. cap. 74, Molitor de Python. mulier. cap. 8., del Rio Diſquiſit. Magic. Lib. II. Quæſt. 16., Vairus de Faſcino Lib. II. c. 13., Bodinus Dæmonom. Lib. II. cap. 5., Theod. Craanen de Homine cap. 92. p. 573., Franciſci Bayle Informatio circa mulieres quasdam, quas à dæmone obſeſſas credebant, Frommannus de Faſcinat. Lib. III. P. III. Sect. I. cap. 4. p. 568. 569., & Sperlingius Inſtitut. Phyſic. Lib. II. c. 4. Quæſt. 9.*

In puella interim noſtra eò progreſſus eſt ſpirituum animalium motus, (ut verba Excellentiſſimi *Muralti in Vade Mecum Anatom.* ſeu *Clave Medic. Anatomico-Experim. Exercit. 12. p. m.* 571. huc applicem) ut, quam vividè illa imaginationi ſuæ vetulam Sabinam repræſentavit, tandem etiam extra corpus ſuum in hypocauſto exiſtere, atque cum ea expoſtulare, decepta phantaſia ſibi perſuaſerit. Quo etiam pertinet Epilepſia alia melancholico-hypochondriaca cum delirio ecſtatico, quam Collega & A-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [95] - 81
PUBLIC DOMAIN

micus olim Noster B. D. *Fribe* observavit *in Anno IV. & V. Ephemer. Academ. Nat. Curios. Decur. I. Observat.* 81. *p.* 79. epileptica quædam torvo cum vultu, furore & incandescentia, ad angulum, ac si inibi horrendi quid videret, monstravit; sicut pari ratione *Salmuth* visiones & spectra, tam ante quam post epilepticum paroxysmum apparentia, annotata reliquit *Cent. II. Histor.* 41.

Similis deliræ impressionis de incantatrice vetula exemplum in paroxysmo epileptico, ipsoque imminente & post eundem, hic Delitii mihi observare contigit, quod illustrationis gratiâ jam allegare lubet. Puella honestis parentibus orta, duodecim annos nata, mirè præcox, debitamque staturam ante pubertatem adeò excedens, ut juvenculam adæquaret, anno 1689. mense Junio inopinato concidebat, primo quidem & sequenti paroxysmo sine convulsionibus, per horæ tamen quadrantem mentis incompos, multum de vetula incantatrice nugabatur, quam in parentum vicinia habitantem expresso nomine vocabat. Paroxysmi recurrebant initio tribus, & malo ingravescente duabus & singulis septimanis, postmodum verò vix mensis spatio semel; & paroxysmo imprimis tertio formali epilepsiâ corripiebatur, solâ tamen pedũ jectigatione & concussione, cum abdominis ultra spithamam repetitis elevationib9, dentiumq; stridore conjunctâ: per quadrantis horæ spatium ita sensus omnis ac motus expers jacebat, ut nullo prorsus modo excitari posset; semper tamen in paroxysmi progressu post horæ quadrantem, applicato imprimis naribus spiritu salis Ammoniaci, & meâ ac adstantium motitationibus & acclamationibus, cum vetula dicta imaginaria altercabatur, eamque sæpiùs increpabat, altâ voce magnaque cum indignatione citatioreque sermone exclamans: Apage vetula incantatrix, bestia! quadrante circiter horâ, sive incipientis paroxysmi dimidiâ, iterum elapsa cantabat formulas Cantico Canticorum analogas: Komm her meine Taube/ du hertzens-Schatz! mein

mein allerliebster Engel/ ich lasse dich nicht/ du hast mir mein Hertze gestohlen ꝛc. quorum tamen omnium post paroxysmos nunquam recordari potis erat. Interim contrectato circa umbilicũ abdomine, nullam notabilem in hoc distensionem, neque ullam duritiem spasmodicam observare licuit, quanquam in inferiori hypogastrii parte motio quædam & concussio quasi interna percipere-tur: qualem etiam Excellentissimus quoque Menzelius in Vidua quadam Berolinensi, uteri spàsmo cum spasmodica contractura hypogastrii afflicta, observavit *Anno IX. & X. Ephemer. Nat. Curios. Decur. III. Observ.* 37. *p.* 53: cum quo conferatur etiam Casus de vetula Bornensi suprà allegatus, cum B. Ettmülleri Judicio, & circa finem hujus Tractatus exscriptus, nec non *Godelmannus l. a. cap.* 5. §. 14. *p.* m. 7.

Primis quidem paroxysmis epilepsiam ab intestinorum vermibus collegi, hac inprimis ratione adductus, quod puellæ facies tumida, colorquè pallidus ac fœdus cachexiam ostenderent, quam in statu hactenus sano cum aliquali meticulositate ac tristitia, nec non parentum relatione, lumbricorum observata excretio, ac stridor dentium nocturnus comitaverat; de chlorosi enim in puella tunc temporis pavidi animi, ob teneram ætatem vix unquam cogitassem. Medicamentis autem hactenus tam â me, quàm suprà laudato Dno D. Rivino, simul in consilium vocato, ordinatis & in cassum adhibitis, paroxysmoquè circiter sexto aut septimo cum majori vehementia recurrente, partem affectam inter cantationes deliras exploraturus, manu genitalium turgescentiam non levem, nunc distendentem, nunc spasmodicà duritie renitentem, cum spasmodica, uti conjiciebam, clitoridis erectione, paroxysmoque remittente liquoris genitalis excretionem percepi, cujus etiam non levia vestigia indusium post paroxysmos exhibuit. Unde mutata priori sententia, mœstis parentibus ac metu epilepsiæ chronicæ perturbatis, uterinam saltem seu Veneream epilepsiam, â cachexia chlorotica ex retento liquore semi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [97] - 83
PUBLIC DOMAIN

nali in glandulis turgescente ortam, matrimonio facilè curandam indicavi. Liquore autem hoc excreto pedum concussiones quidem cessarunt, sensusquè externi redierunt; ægrota tamen mox surgens, sôlo induſio amicta sine ullo pudoris indicio per hypocaustum aliquantisper ambulabat, posteà mensæ accumbens ultra horæ quadrantem rhythmos amatorios nunc recitabat, nunc cantabat, pupam brachiis simul complectens & osculans, dictis rhythmis seu hymnis amatoriis sæpè intermiscuit, v. g. Komm du schöne Freuden-Crone/ bleib nicht lange ꝛc. du Hertzens-Schatz ꝛc. Ultra horæ porrò quadrantis spatium crepundia tractabat, pupam, cujus vestimenta singulis paroxysmis mutabat, de novo vittâ ac stolâ ornabat, nummos in scatula collectos â parente exigebat, numerabat, & pupæ peræ indebat; donec ultimò sudor toto corpore copiosè erumpens mentem restitueret, fabulæquè finem imponeret. Semper autem unô ac altero â paroxysmo die, imò etiam intermedio extra paroxysmum tempore, nec non duab9 aut tribus ante eundem, tam domi quàm, unà cum matre, templum frequentatura, non semel, torvis oculis inhorrescens ac impallescens, de vetula â tergo se insequente, & in aures sibi quippiam susurrante, multum querebatur, matremque manibus tremulis amplexando dicebat: Vah! Vetula illa meretrix â tergo est, ac suo ministerio ad homuncionem lascivum (zu einen Huren-Kerl) pertrahere me conatur; cùm tamen nemo, vel ante vel post vel juxta illam, solâ matre exceptâ, conspiceretur: cujus spectaculi ipse aliquoties testis αὐτόπτης fui. Epilepsia hæc ultra dimidium annum vagis paroxysmis duravit, neque prius cessavit, nisi primo erumpente mensium fluxu, qui omni vigesimo die recurrebat maximo cum dorsi & hypogastrii dolore spasmodico, semperquè urinæ cruentæ stillicidium dolorificum habebat conjunctum: qualem mensium difficultatem ex nimio Veneris desiderio â vasis sanguiferis circa vesicam & partes genitales nimium turgescentibus, sanguinemquè per anasto-

mosin

mosin effundentibus, derivat sæpè laudatus & nunquam satis laudandus *Ettmüllerus T. Opp. II. in Praxi p. m.* 719. Sicuti etiam vera & radicalis Cura non, nisi à cohabitatione conjugali, expectari poterat. Prudentior enim hac in re facta anno sequenti amore illicito, uti rumor erat, Officialis cujusdam militaris delenita, quem mutatis vestibus nocturno tempore, & ancillæ subsidio, aliquoties accesserat, dictis symptomatis omnibus liberata est.

Modum verò quod concernit, & quomodo liquoris seminalis abundantis retentio, alteratio &c. facultatis animalis actiones tam enormiter lædere, epilepsiam excitare, phantasiæ vires potentissimè invadere, ad formandas ideas insvetas, hinc ad incubum diurnum, visiones nempe de vetula à tergo insequente, in aures susurrante & seducente, &c. contribuere potuerit, prolixius hîc explicari supersedeo, cum hoc eruditè satis præstiterit curiosissimus *Stolterfoht* in eruditissima *Disput. Inaug. de Idea Errante in Ecstasi seu Enthusiasmo*, sub Præsidio supra laudati Gerdesii, in Celeberrima Academia Gryphica Professoris Publici habita, *c. 2. §. 17. & cap. 3 §. 33.*

Spectant huc deliramenta illa sub paroxysmis maniaco-epilepticis, summo nimirum aut melancholiæ, aut vitæ sceleratæ, cum audacia melancholico - & stolide - delira semper conjunctæ gradu, ebriosi illius & luxurioši, imò ferè athei, quocunq; carnalium operum genere submersi atque obsessi, adeoquè κατ' ἐνέργειαν verè diabolici, suprà nominati mediastini Pragensis ac militis Magdeburgensis, quibus personatum diabolum sub specie aut figura gliris, felis nigræ, canis, bovis, leonis, linguam flammeo-rubicundam exserentis, ac pedum ungulas ipsi porrigentis, nunc his ipsis faciem petendo illius genarum sinistram vulnerantis, nunc coram mensa stantis & militem alloquentis, imò sub statura Nobilis equestris, (eines Cavaliers) tunicâ ex panno holoserico nigro, nunc veste coriaceâ, unà cum pileo nigro plumis albis ornato, amicti, nunc unguibus admodum longis

ſtipati, præſentem fuiſſe ſibi perſuaſit: qualia ſuperſtitioſa phantasmata longâ ſerie enarrat *Scriverius l. a.* §. 4. 5. 6. 7. 9. 11. 13. 14. 21. 37. & 64.; ſimiliaque ferè de binis ancillis ruſticis *Paſtor Sayffertbaynenſis in literis dictis*, & *teſtes αὐτόπται ſuprà allegatæ.*

Hujusmodi enim ex impreſſione idololatrica ortæ apparitiones, ridiculæquè diaboli infernalis, nunc in monachum aut viros nigros, nunc in leones, boves, canes, lupos, feles, glires, aliaquè ſexcenta animalia metamorphoſes, tam ſpirituum quàm corporum naturæ, ipſiquè ſcripturæ ſacræ, ac ſanæ rationi contrariæ, nil aliud ſunt, quàm ipſorum dæmoniacorum ſic dictorum phantasmata, ex perverſa horum & planè corrupta phantaſia, â teneris annis ab infantum nutricibus & gerariis, atque parentibus, & utinam non ab ipſis animarum Paſtoribus, Catechetis & Pædagogis, animo impreſſa. Uno verbo, deliria ſunt partim idololatrica, partim hypochondriaco-ac ſtolide-melancholica aut maniaca, tanquam vitæ ſceleratæ, adeoque πνεύματος non ſolùm, ſed & ἄιματος ἀκαθάρτε, proles, ſimiliaquè præſtigioſa & phantaſtica, quæ partim cum aliis matrũ ac nutricum proprietatib9 moralib9 per lac communicantur, partim magna vi illuſionis cujusdã, aut morbi, animis eorum inhæſerunt: quemadmodum id ipſum in *Actis Inquiſitionalibus ſæpè allegatis* ex ſagarum ac veneficarum tot diverſis ſub examinis judicialis rigore, & tam torturæ actu, quam extra illam, contradictionibus, revocationibus, &c. facilè colligi poteſt. Conferatur *Thomaſius l. a.*, *Balth. Bekkeri Mundus Faſcin. Lib. IV. cap.* 3. 6. 8. 9. 10. & 16., & *Godelmannus l. a. Lib. II. cap.* 3., *Reichius in Diſp. de Crim. Mag.* §. 31. 32. & 35, nec non *Obſerv. Halenſ. Tom. X. Obſ.* 12. §. 5. Prudenti ergò conſilio Plato nutrices admonet, ne quaslibet fabulas pueris recitent, ac inde horum animæ primo ætatis flore ſtoliditate aliaque morum pravitate occupentur atque obſideantur, allegante *Plutarcho Tract. de Pueror. Inſtitutione.*

Sicut

Sicut enim multis retrò ſeculis infantum nutrices, geraria aliæque loquaces ancillulæ & aniculæ, quin imò pædagogi & parentes ipſi, tenellos ſuos & pueros fidei ſuæ concreditos Sibyllis Nymphis ac mulieribus albis, Magdalena pulchra, Domina Hulda ſeu Holla, uti fabulari ſolent, Popelis & Mommelis aut μορμολυκείοις, qvalia ruſtici alias in hortis ac agris ad aviculas & feras fugandas ſuſpendi ſolent; Larvis item Natalitiis, Ruperto aliisq; incarnatis, idolis innumerabilibus, veſtitu lanuginoſo & villoſo horrendis, dæmonum incarnatorum imagines referentibus, terrere, illosquè in pavorem & timorem conjicere, atque planctus horum & tumultus compeſcere, inſimulquè petulantiam coërcere ſolent, hâcque ratione pietatem & divini numinis cultum cordibus eorum inſtillare intendunt: uti phantasmata ſimilia plura, horumque nomina, latiùs & ingeniosè ſatis ex antiquitate deducunt ſæpè allegati *Bekkerus l. a. cap.* 17. *p. m.* 136-147., & *Garmannus* laudatus in *Ephemer. Medico-Phyſ. Naturæ Curioſ. Anno IX. & X. Decur. III. Obſ.* 56. *p.* 87-113: Ita Ægyptiorum, Perſarum, uti & primorum Græcorum ethnicorum ac Judæorum Magi aut Sacerdotes, (quos Indorum Sacerdotes hodienum omni ex parte imitantur) laicos ſub perpetuo ſervitutis jugo detinere ſtudentes, Dæmones aëreos, animalia illa Platonis rationalia immortalia, crepabant, Deos nempe inferiores, & ſummi Dei vicarios atque cœlici Regni Primates, regionum, inſularum, urbium, vicorum, montium, horumq; populorum & familiarum Proceres, quorum ad minimum tria millia, à Pythagoræis in novem claſſes diſtributa, fuerunt, annotantibus *Cælio Rhodigino, & Godelmanno l. a. Lib. I. c.* 1. §. 14. 15. *p. m.* 12; ſibique ipſis virtutes magicas attribuentes horum miniſtros ſe jactabant, & viſibili eos forma apparere hominibus perſuadebant, ne deeſſet poſtmodum occaſio miracula de illis varia confingendi, adeoque innumera idola horrendasque eorum ſtaturas & vultus monſtroſos populo miſello imprimendi, uti ex ipſa *ſcriptura Sacra*, variis-

variisque *Itinerariis Indicis*, inprimis *Tavernierii*, *Hugonis à Lindſchotten*, & *Rob. Knoxii* aliorumque, *Balth. Kekkero l. a. Lib. I.*, *Anton. van Dale* exaſciatiſſimis *Diſſertat. de Orig. ac Progreſſu Idolol. & Superſtitionum*, nec non de *Divinat. Idolol. ſub Veteri Teſtamento*, ſufficienter ad oculum demonſtrari poteſt.

Sub horum monſtroſorum Deorum nomine, ex antris ſubterraneis artificiosè extructis, dicti Sacerdotes magi, aut oraculo in ſomnis inſtructi, aut oraculorum nomine vel per occultos meatus ac tubos ex antris dictis ad ora usque ſtatuarum deductos, vel ſtatuis ipſis incluſi, ægrotis in Medicorum Templis, Æſculapio, Iſidi, Serapidi, &c. conſecratis, atque in ipſis ſacrorum adytis, decumbentibus rẽmedia manifeſtabant, & Reſponſa poſcentibus dabant, eaquè intricata, flexiloqua & ambigua, quo pro contrario ſucceſſu diverſimodè interpretari poterant. Id quod exemplo Oraculi Delphici, Cræſo, Pyrrho, Tarquinii filiis Tyroni & Aruns, horumquè ſocio Lucio Junio, Bruto aliàs dicto, ita reſpondentis, ut in utrumque eventum ſenſus torqueri poſſet, ex *Laurembergii Acerra Philolog. Cent. III. Hiſtor. 23. pag. m.* 393-395., aliisquè jam allegatis Autoribus, ſole meridiano clariùs apparet. Atque ſic habebant non popello credulo ſolùm, ſed & ipſis magnatibus, ſplendida ejusmodi commenta ac mendacia quod obtruderent, ſimilibusque fraudibus aliis egregiè imponerent. De morborum medelis, ex admonitione per inſomnia vid. *Galenus* & *Langius locis ſuprà allegatis.*

Evidentius hæc confirmat in ipſa *Sacra Scriptura Hiſtor. de Idolo Babylon. ſeu Bel dicto*, ut & *Tavernierius Itiner. Indici Lib. I. cap. 18. p. m. 68. & Lib. III. cap. 12. p. 168.* de Indorum Orientalium Sacerdotibus ſeu Magis, *Herodotus Lib. I. & II.*, *Schottus in Magia Natur. P. I. Lib. I. cap. 10.* & *P. II. Lib. III. Syntagm. 3.*, item in *Phyſica Curioſa Lib. I. Append. c. 1. §. 4. p. 155.*, *Anton. van Dale Diſſert. de Oracul. Veter. Ethnicorum*, *Eduard Lopez in Regno Congo Lib. II. cap. 3. p. m. 49.*, nec non *Joh. Hugonis à Lindſchotten Navigat. P. I. cap. 33. p. m. 102. 104. & cap. 44.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [102] - 88
PUBLIC DOMAIN

p. 133. Simili artificio famoſum illud Alberti Magni caput ligneum humanâ voce locutum eſſe, *Schottus l. a.* hariolatur: Qui etiam de percelebri illo Jeſuita, *P. Athan. Kirchero* refert, quòd in Muſeo ſuo ſtatuam B. Virginis Mariæ exhibuerit, quæ locum luſtrantibus, & aures ad os ſtatuæ applicantibus, varia Reſponſa dedit, non alio artificio, quàm quòd è ſpatio ſatis remoto occultus tubus ad os ſtatuæ ductus fuit, cujus orificio ipſe Kircherus, aut alius ſecreti conſcius, os applicans ſubmiſsâ voce inſuſurraravit. Similem ſtatuam ipſe Kircherus confecit, quæ anno 1655. Romæ non ſolùm advenientem Sveciæ Reginam ſalutavit, ſed & ad ejus quæſtiones reſpondit. De ſimilibus columnis loquentibus plura videri poſſunt apud Rhodiginũ L. A. Lib. XXIX. cap. 16., *Frigelium Lib. de Statuis Illuſtrib. Roman. cap. 38. pag. 203. & 322, Paullini* Zeitkürtzende Erbaul. Luſt *P. III. Them 3. p.* 28. 29., *& Schwimmerum Diſſert. de Loc. Portentoſa, & in Collega cujusd. noſtri anonymi Nat. Curioſ. Tractatu de Mandragora & Filice p.* 28. 29.

Dæmonibus his bonis ſeu Diis inferioribus, εὐδαίμοσι, Platonis jam tempore ſenſim ac paulatim adjungebant Dæmones & Genios malos, Κακοδαίμονας, Dei ſummi Officiales, & Juſtitiæ Præfectus, Inquiſitores, Accuſatores criminales, Tortores, &c. Lemures item ſeu Larvas, quæ à Porphyrio, Jamblicho, cæterisquè Platonicis, Chaldæis, Ægyptiis, Perſis, Palæſtinis atque Arabibus agnoſcebantur, teſtantibus *Plutarcho Lib. de Orac. Defectu*, & ſæpius allegato *Anton. van Dale Diſſertat. de Orig. ac Progreſſu Idolol. & Superſtit. cap. 3. p. 51. ſqq.*

Horum Sacerdotibus ſeu Magis, vanâ perſvaſione ſemel factâ atque vulgò receptâ, facilè deinceps erat, ex ſtupendis illis muſculorum, ac inde conſtructorum organorum motibus, & multifariis motuum modificationibus convulſivis, dæmonomaniis nimirum atque horrendis illis ſecundi gradus epilepſiis, Dæmonum malorum obſeſſiones fingere, imò variis ſæ-

pissimè mediis ordinariis & magicis, sicut incasu præsenti venefica vetula, pro lubitu excitare, atq; sic misellorumhorum cognatis ac consanguineis, Consilia Medica petentibus, Responsa scisscitantibus, &c. pecuniam subOraculorum & victimarum specie feliciter extorquere. Quod etiam de Indis Orientalibus confirmat *Rob. Knoxii Itiner. Ceilon. Lib. III. c. 4. p. m. 161. sqq.* Conferatur etiam *Thomasius l. a. p. 16. & 17.*, *Wierus l. a. Lib. III. c. 24. p. m. 461. 462.*, & *Tob. Schmidius in Annalib. Cygneis pag. 387. 388.* de vagabundo quodam impostore Johanne Vatero, bubulco Mellingensi prope Vinariam, qui anno 1562. & binis sequentibus, per Misniæ & Thuringiæ aliasquè Germaniæ civitates pervagatus, dæmonomaniam fascinatam simulavit.

Græcorum enim ethnici, ut & Judæi idololatrici, iisdem dæmonibus, bonis & malis, horumquè idolis, victimas immolabant (ut hodienum Indi facere consueverunt, de quibus *Hugo à Lindschotten loco jam allegato*, uti & *pag. 132.*, item *Knoxius l. a. pag. 163.*); imò se ipsos, nec non fructus ventris sui, filios ac filias, in valle filiorum Hinnon seu Gehenna, sacrificabant, non Deo, non Διαβόλοις, sed Δαιμονίοις aut Deastris juxta *1. Corinth. X, 20.*, & Schedim juxta *Psalmum CVI, 37. 38.*, Diis alienis, uti & manibus, parentum nempe, liberorum & Consanguineorum vagabundis animis; pariter ac Romanorum ethnici olim penatibus, nec non laribus, Mercurii ex Laride vel Larunde procreatis filiis, testante *Phil. Casio in Prioravia f.* Lob des Vaterlandes *pag. 47.* ex *Virgilii Æneid. Lib. II.* & *Ovidii Fastor. Lib. II.*; horumquè idolis, quos ipsi ignorabant, & quos patres eorum non coluerant *Deuteron. XXXII, 17.* Sicut nec sub Diaboli, sed Deorum aut Deastrorum, schemate idololatrici Israëlitæ Baalis, Molochi seu Molechi aliorumque idolorum statuas adorarunt. Sic Argivi & Ægyptii Apidis seu Serapidis, à quibusdam Osiridis dicti, idolum sub bovis forma coluerunt, cui tanquam Deo autDeastro, non diabolo, agnos & oves immolarunt, de quo videa-

videatur allegatus *Langius l.c. p. 5. & 7.* Neq; Druides, Germanorum gentiliū Sacerdotes ſeu Magi, Διαβόλοις, ſed Marti, præter captivos aliosq; morti condemnatos homines, filios ac filias immolarunt; uti & Vandali atq; Sorabi olim in noſtra Misnia ac Saxonia idolo ſuo Schwantovito, Deo quaſi bono ac univerſali, aliisque deaſtris bonis & malis: de quibus ex *Tacito de Morib. Germanorum, Helmoldo Chron. Slavor. Lib. I. cap. 6. p. 8., Plinio Hiſtor. Natural. Lib. XVI. cap. ult., Alexandro ab Alex. Lib. IV. cap. 17., Hohndorfio in Theatro Hiſtor. p. 82., Seldeno de Diis Syris Syntagm. I. cap. 6. p. 197. & 181.*, uti & *Schediasm. de Diis Germanor. Lib. IV. cap. 2., Julio Cæſare de Bello Gallico.* In ſpecie jam dictorum multorumq; plurium autorum teſtimonia in faſciculum quaſi unum collegerunt *Tob. Heidenreichius in Chron. Lipſ. p. 36.*, & *Tob. Schmidius in Chron. Cygneo Sect. II. c. 1. p. 340. ſeqq.*, & *p. 350-355.*

Valdoperè igitur mirandum, nonnullorum audaciam eo procedere, ut Diabolum negantes athei ſtigmate notare nil vereantur, cùm tamen hi ne Adæmonum quidem, ſed ἀδιαβόλων potius, nomen meruerint. Aſt quid aliud illi faciunt, quàm quod atheos hos tales appellantes, diabolum ipſum canonizent, cultumquè divinum eidem attribuere, eoquè ipſo Deorum vel Deaſtrorum ac idolorum potiùs numerum augere allaborant. Quàm verò dementiam ſatis & abundanter refutarunt ſæpe laudati viri, ὁ Θαυμάσιος *Thomaſius l. a.* p. 19., & ſub hujus præſidio habita *Diſput. de Crimine Magiæ* Excellentiſſ. Dn. D. *Reichius §. 8.*, nec non ingenioſiſſimus *Autor Obſervationis 10. in Tomo IIX. Actor. Halenſ. §. 5.*, atque *M. Johann-Ulricus Henrici in Præfat. ad Fleet-Wood's* Gründl. Unterſuchung der Wunder-Wercke. Quorum cenſuram certo certius incurret M. Gottfr. Müllerus, Paſtor Siebenlehmenſis, qui in Titulo ſtatim ſeu Inſcriptione *Exercitationis Hiſtorico-Theolog.*, quam *in Librorum Catalogo Lipſienſi Hyemali a. c. 1707.* promiſit, Adæmoniſtam Atheiſtam appellat, ſoricis inſtar prodens, ſe aliorum ordinis ſui hominum exemplo nihil adhuc reſipuiſſe, & quid ficti illi Ethnicorum

corum Græcorum Dæmones aut Dii Inferiores ab infernali Diabolo differant, nondum didiciſſe.

Hos porrò cacodæmones, aliaquè plura, tum Poetica tum Philoſophica terriculamenta vaniſſima, Patres quidam Eccleſiæ Græci atque Latini diabolis infernalibus adſcripſerunt, hos cum illis confuderunt, horumquè ſub monſtroſis figuris à *Scriverio l.a.* deſcriptis apparitiones & miracula fingentes, tandem ad Pontificios propagarunt; qui & hodienum variis miraculis fictis, ad ignem purgatorium, & mediante hoc Sacrilegorum ollas calefaciendas, eorumque culinas inſtruendas, atque loculos augendos, Laicos corrumpere, ipſisque, præter Sanctorum miracula & apparitiones, ipſum diabolum variis tam hominum quam brutorum aliisquè monſtroſis figuris pingere & imprimere ſolent. Ex innumeris fraudum, diaboli ſchemate effictarum, exemplis hoc unicum jam allegare lubet de cruento illo tumultu, quem Epiſcopus Hildeſienſis & Abbas Fuldenſis anno 1507. Feſto Pentecoſtes in templo Goslarienſi, ob præcedentiam nequiter concitarant, ubi, cùm poſt multas cædes utrinque patratas, quibus reprimendis vel Imperatoria Henrici IV. minorennis autoritas vix ſufficiebat, in Miſſa tandem matutina Hymnus ille Pentecoſtalis: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia*, &c. intonaretur, ultimo huic verſui: *Hunc diem glorioſum feciſti*, monachus ſine dubio callidiſſimus, & in angulo Templi latens, verba hæc clarâ voce occinuit: *Hunc ego diem feci cruentum.* Quo nimirum haberent pientiſſimi ſacrificuli, tot ſanguinis in ſacro loco nefandè effuſi culpam diabolo coram tota concione quod affingerent. Plures Papicolarum fraudes, ut & ſuperſtitioſas & pedanticas quorundam de diabolo hoc larvato hujusque miraculis opiniones, ſufficienter ſatis detexerunt ſæpe allegati *Thomaſius l.a. p. 18. 19.*, *Balth. Beckerus l.a. Lib. I. c. 15. 16. 19.*, *Lib. III. cap. 2. §. 9. 10, 16.*, & *Lib. IV. c. 4. 5.*, in ſpecie *11. 12. & 21.*, *Reichius l.a. §. 27-45.*, *Anton. van Dale in* Curioſiſſimis & Eruditiſſimis Scriptis, in ſpecie *Tract. de Vera*

&

& Falsa Prophetia, Divinat. Idolol. sub Veteri Testamento, & de Oracul. Veter. Ethnicorum, nec non *Zachar. Webber in Tract. de Christi Tentat. & Protoplastor. Seduct. â Diabolo* contra Johann. Wincklerum, item *Anonymus ille Scriptor contra Anonymi cujusdam Pastoris Marchico-Brandenburgensis* Nothwendige Gewissens-Rüge. Qui omnes, inprimis *Beckerus Lib. I. c. 9. §. 1. 15., cap. 20. §. 2. 26., Lib. II. cap. 3. & 9.* item *Lib. III. c. 2. §. 5. 6.*, rejectis gentilium dæmonibus aëreis, verum & genuinum diabolum, serpentem scilicèt s. draconem illum infernalem, Protoplastorũ seductorem, â fictis personatis & incarnatis monstris diabolicis, cornutis, caudatis, cucullatis, vel alia quadam specie corporea apparentibus, exactè satis distinguunt, adeoque existentiam illius nunquam negarunt, uti rixantium quorundam & superstitiosorum Calumniatorum libelli famosi contra eruditos & laudatissimos hosce viros, sanctâ suâ piâquè simplicitate seducti, debachari non erubescunt, miseram suam hac in parte ignorantiam & vanam loquacitatem, non sine proprio pudore, turpiter dantes.

Restat denique, ut de *paroxysmis his, morte incantatricis cessantibus*, aliquid adjiciam, imprimis cùm parallelum exemplum suprà laudatus D. *Bauzmannus in Observat. 25. Anni VII. & IIX. Decur III. p. 46.* observarit. Optimè hoc ex consensu mumiali, hujusquè actione in distans, explicari posse nemo inficiabitur, modò consideretur, quæ de hac sæpè allegatus *Helmontius in Magnet. Vulner. Curat. §. 22.* refert de Nobilis cujusdam Bruxellensis naso adscititio, â Tagliacotio ex servi seu bajuli cujusdam Bononiensis viva brachii carne desumpto ac restituto, qui Bruxellis repentè friguit, & aliquot diebus pòst corruptus decidit: Hujus rei inopinum casum investigantibus inventum fuit, eodem ferè momento, quo nasus friguit, & corruptus decidit, Bononiæ dictum bajulum ægrotasse & exspirasse. Similem autem Observationem de Nobili quodam Neapolitano jam ante Helmontium anno 1576. *Autor Thesauri Rerum Admirand.* Tractatui suo inseruit, unde adductam Helmontii Historiam B.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [107] - 93
PUBLIC DOMAIN

Ettmüllerus T. I. Opp. in Colleg. Therapevtico, ubi de Morborum Archealium curatione, *p.* 407., & ſuprà laudatus *Garmannus in* curioſiſſimo *Tract. de Miracul. Mortuor. Lib. I. Tit. II.* §. *8.* aliiquè ſuſpectam reddere conantur: quòd Autores hujus omnes in re quidem ipſa conveniant, in circumſtantiis tamen quibusdam varient: ipſequè *Tagliacotius in Chirurg. Curtor.* fateatur, ſe, id generis curtam ex alieno corpore reſtitutam fuiſſe, nunquam legiſſe, neque audiviſſe, nec unquam attentaſſe: nec ullibi appareat, ipſum Operationis hujus in Nobili Bruxellenſi inſtitutæ mentionem feciſſe: nec ſurculos trunco alii inſitos tabeſcere aut emori, arbor licet ipſa, è qua ſunt deſumpti, emortua jam exiſtat & exaruerit.

Mihi autem, quod tamen pace tantorum virorum ſcriptum velim, iſtæ rationes dubitandi non ſatisfaciunt: cùm (1.) quidem nihil novi ſit, ſed toto die eveniat, ut hiſtoriæ alicujus circumſtantiæ â diverſis ſcriptoribus, falſis ac erroneis relationibus deceptis, immutentur: nec ulla hic (2.) circumſtantiarum diſcrepantia appareat: Utrumque enim de reſtitutis naſis amputatis exemplum non de uno eodemque, ſed diverſo loco & tempore, inq; diverſis ſubjectis, Nobili nimirum Neapolitano & Bruxellenſi, annotatum reperitur; quorum alterius naſus triennio demum, defuncto ſervo, ê cujus brachio deſumtus ac appoſitus fuerat, ſimul emortuus eſt; alterius verò tredecim tantùm menſibus elapſis, non ſolùm ægrotante tunc bajulo friguit, ſed paulò etiam pòſt, cùm ille mortuus eſſet, putrilagine corruptus decidit. (3.) Helmontius relationi ſuæ inſeruit, Nobilem Bruxellenſem, quòd brachii proprii inciſionem timuerit, bajulum ad hoc conduxiſſe, ê cujus brachio Tagliacotius traducem pro reſtituendo naſo eruerit. Quo ex liquidò patet, Tagliacotium in Nobili hoc meticuloſo curam Neapolitani ex alieni brachii carne, poſt editam demum Chirurgiam Curtorum, tentaſſe & imitatum eſſe, imprimis cùm ipſe *Tagliacotius l. a. Lib. I. cap.* 18. *p.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [108] - 94
PUBLIC DOMAIN

18. p. m. 194. traducem exalieno corpore desumendum nullus dissvadeat, sed potiùs tam autoritate quàm ratione comprobari posse confidit &c.; nec absurdum & impossibile esse *p.* 195. pergit, quin ex alieno corpore, atque id nulla cum difficultate, secerni possit, &c; unde *p.* 198. concludit: Expetendum itaque, ut aliena corpora pro traduce excidendo & inserendo substituantur; propria verò, & singulis sua, quantum poterit, â doloris lævitie, â brachii deformitate & imbecillitate, â cæterisquè incommodis illæsa & innoxia conserventur. (4.) De surculis tenellis (quos opponit *Conringius de Medic. Hermet. p. 234.*) alieno trunco insitis, arbore horum tabescente aut emortuâ licèt, feliciter nihilominus crescentibus, alia subest ratio; partim quia non tanta corporum nostrorum, quanta plantarum diversitas, reperitur juxta *Tagliacotium l. a. p.* 196.; partim in arboribus, utpote solidioribus, & omni sensu ac ratione destitutis corporibus tanta, quanta in animalibus, inspiratio & transpiratio locum non habet, unde etiam illis nulla imaginatio, multô minus ulla in spiritu vegetabili vitali impressio idealis concedi ac signari potest; ideoque consensum mumialem arboris cum arbore animadvertere vix aut nunquam licebit, præsertim cùm in arboribus, calori quippe Solis, ventis aliisque aëris tempestatum injuriis expositis effluvia illa spirituosa ab illis in minimas atomos ad varias mundi plagas continuò dispellantur.

Consensum contrà mumialem inter arborem & hominem ipse, multiplici experientiâ edoctus, attestari possum: e. g. Vicinus meus, Christophorus Cnöfflerus, Prætor in Præfectura Delitiensi Provincialis, 73. jam annorum, vigesimo tertio abhinc anno, bis & ter annuatim, nunc tribus & quatuor, nunc quatuordecim, aliquando etiam novendecim septimanis, arthritide vagâ scorbuticâ admodum contumaci & dolorosa, quæ præter brachia, crura & axillas, maxillam simul inferiorem, nucham & tempora, alternis vicibus afflixit, correptus fuit. Excru-

cruciabatur item uxor civis cujusdam nostratis tibialium mercaturam exercentis decimo septimo abhinc anno per sex & octo septimanas, imò præterlapso biennio ultra menses novem, atrocissimis abdominis doloribus scorbuticis, continua cum alvi constipatione, & interdum vomitu materiæ æruginosæ, quibus leniendis neqve clysteres, nec ulla alia remedia, nec ipsa opiata ægrotæ idiosyncrasiæ qvidem infensa, suffecerunt, ita, ut ab intempestivo purgantis usu in artuum lacerantes dolores, qvin etiam paresin & contracturam manuum degenerarent. Rustica pariter qvædam in pago Tzschortau, dimidio milliaris abhinc distante, atrocissimis artuum doloribus per benè longum tempus ægrotaverat: Qvorum omnium affectus à rustico qvodam sene, devoto & modesto, in pago qvodam Præfecturæ Ilenburgensi incorporato, Wölpern dicto, degente, per curam sympatheticam, consensum nempe mumialem arboris cum homine, exceptâ digitorum in manibus contracturâ, curati sunt, ipsis ægris sanitate satis firma & constanti, partim per septem & octo, partim in septimum jam annum, gaudentibus. Id qvod effluviis reciprocè ingredientibus, accedente tamen forti & ægrotantium & Medicastri, tam in Deum qvàm ipsum curandi methodum, fide illorumqvè intentione seriâ, non ineptè tribuendum haud immeritò auguror. Sicut etiam hic locorum à superstitiosa plebe infantes, pueri ac juvenes hernioſi, tam ante qvam mox post ☉is ortum denudato corpore per qvercum aut salicem flexilem, & in media sui parte fissam, tribus vicibus reciprocis transmittuntur, atqve coalescente arboris deligatæ fissurâ perfectè restituuntur: qvalis curæ per fissam etiam tiliam cum successu peractæ exempla legi possunt in *Bartholini Actis Medic. Hafnienſ. Volum. II. Observat.* 61. *p.* 164. & *Volum. V. Observat.* 92. *p.* 242., item per juglandem arborem in *Anonymi Tract.* von Erkäntniß der Magnetischen Curen/Verpflantzung der Kranckheiten/ §. 13. *p. m.* 30. 31.

Ru-

Rusticus verò curam suam sic instituit: Primùm propinat tres pulveres ἄνω καὶ κάτω, leniter tamen, purgantes, quos ê ramusculis arboris sympatheticæ (des Gicht-Baums/ uti vocat) pulverisatis constare asserit: quibus quidem vicinus meus uti noluit, pretio soluto illos, inscio rustico, seponens. In primo statim ægrorum accessu eos adhortatur, ne curam hanc tanqvam sagatricem vel diabolicam, sed opus divinum potiùs existiment, procidens dehinc in genua preces devoto animo & submisso sermone fundit, ægrosquè, ut pro impetranda divina benedictione summo Numini ardenter supplicare velint, seriò exhortatur. Quo facto arbusculum quendam (de cujus quidem specie nondum certior fieri potui, nisi quòd mediocrem hominis staturam æquet, & baccas rubras ferat, quas pueris comedendas concedit) arripiens, surculos hujus per singula digitorum in ægri manibus ac pedibus interstitia traducit, nec non cæteras articulationes his ipsis attingit & demulcet, posteà arbusculum terræ inserit. His ita gestis, ubi post hæc sanatus, multos etiam post annos & in remotis locis, vel in alius generis morbum aut in valetudinem adversam incidit, vel ipsa morte abripitur, arbor aut flaccescit aut exsiccatur; quo ex rusticus de sanatorum valetudine ac statu quotidiana fermè indicia sumere solet. Insuper ex ore amici cujusdam Lipsiensis fide digni relatum habeo, quòd, ubi arbusculus unus ac alter aut ventorum impetu, aut frigore, aut alia quavis, tam aëris quàm animalis cujusdam, injuriâ evulsus vel fractus fuerit & exaruerit, se & alios in recidivā arthritidis incurrisse, minimè cessantem, usque dum cura illa sympathetica de novo fuisset repetita.

Et licèt (5.) *Schottus in Schola Steganographica*, testantibus *Ephemer. Erudit. Gallicis mense Septembri anni 1666. p. m.* 509., affirmet, quòd veritatem historiæ Helmontianæ ab incolis Bruxellensibus, propter horum indignationem, indagare nunquam ausus fuerit; non tamen exinde colligi posse arbitror, puram

putam esse fabulam, cùm ejusmodi curationes cum Nobilioribus personis virisquè præcipuis institutæ in secretisimis omninò habeantur, minimequè propalari soleant, irrisionem factitiorum membrorum, nedum insitorum naforum, illis rectè verentibus. Quæ etiam (6.) potissima sine dubio causa fuit, cur *Helmontius* natione Bruxellensis *l. a.* §. 23. ad testes oculatos Bruxellis tunc temporis superstites provocarit, cùm facilè subodorari potuerit, rarissimam hanc observationem, & quidem ex alieni corporis carne, propter Neapolitanæ similitudinem, in dubium vocari posse. Sicut denique (7.) operationem hanc neque à se ipso neque ipsius consilio institutam gloriatur, sed soli Tagliacotio tribuit; adeoque pro mumiæ magnetismo hujusquè in distans consensu probando & confirmando, pari facilitate historiam illam parallelam in *Thesauro Rerum Admirand.* descriptam, qvàm propriam de Bruxellensi annotatam observationem, allegare potuisset.

Ut taceam, *Brancam Siculum, Calentium in Epist. ad Orpianum, Stephanum Gourmelinum Chirurg. Lib. I., Guilbert. Cognatum Nosorenum Narrat. Lib. II., Fallopium de Decolor. cap. 2. & de Metall. p. 144., Servium in Dissertat. de Unguento Armar. p. m. 43. 44. 45., Rattray in Aditu ad Sympath. & Antipath. Causas inven. p. m. 29. & 70., Bürlein in Disputat. de Hoplochrism.* Altdorffii sub Christoph. Nicolai Præsidio habita §. 74., *Griffonium in Hildani Cent. I. Observ. 31., Thom. Fienum in Chirurg. Tract. XII. de Nasi amput. ex carne brachii Restitut. cap. 1. & 2., Molinettum*, Chirurgum Venetum, Ant. Molinetti, P. P. Patavienſis patrem, in *Henr. à Moinichen Obs. Medico-Chir. 23. p. m. 256.* Lyseri Cultro Anat. annexis, *Lanzon. in Schol. p. 23. & Purman. in Chirurgisch.* Lorber-Crantze *P. I. cap. 31. p. m. 230-241.*, rhinopœiam ex alieni brachii carne partim calluisse, partimque possibilitatem hujus confirmasse. Conferatur etiam *Bartholinus Histor. Anatom. Cent. VI. Observat.* 59. de nauclero quodam referens, quòd caro in hypochondrio sinistro ictu tormenti ablata, carne vervecinâ restituta fuit. Plura interim & egregia [illegible] exempla suppeditabunt *Digby in Tract. de Sym-*

Sympathia, Johannes Marc. Marci in Philosoph. Veteri Restituta, Bartholinus l. a. Cent. I. Observ. 41., Ettmüllerus T. I. Opp. in Institut. Medic. p. m. 407. 410. seqq. Dan. Beckeri Theatr. sympatheticum, & Weberus in Anchora Sauciat. p. 21. sqq.

Cùm igitur ex suprà deductis nullum dubium, quin vetula incantatrix firmissimâ imaginatione, ac in propriam animam impressione, effluvia liquoris aquei, omnesquè cum clave ac baculo, & reliquis in hypocausti angulo repertis mediis Magicis, institutas actiones ad puellam nostram direxerit, hinc factum, ut extinctâ per mortem corporea anima, anteà tamen è medio sublatis mediis Magicis, ideæ hæ malo animo impressæ simul deletæ fuerint, & cessante causa effectum quoque magicum cessare oportuerit. Sicut & illa epilepsia (cujus Poliater Mülhusanus Dn. D. *Johann-Georg. Hoyerus in Anno III. Decur. III. Ephemer. Academ. Nat. Curios. Observat.* 52. mentionem facit) fascino inducta derepentè cessavit, sublato è foribus instrumento ferreo magico, circuli ad instar cum stylo —O formato; quo contrà foribus denuò affixo epilepsia illico & vehementissimo gradu rediit, utut vetula incantatrix dudum in cineres erat conversa. Quod suo etiam exemplo comprobat *Codronchii* filia, quæ toties convaluit, quoties instrumenta magica fuerunt destructa, de qua vid. *Sylloge Casuum Magicorum*. Simile exemplum de se ipso refert Celeberrimus Academ. sæpiùs laudatæ Alector, *Eberhard. Gockelius, in Curioso Tract. Polyhist. Magico-Medico c. 5. p. 57.*, qui olim, cùm Giengensium adhuc Physicus esset, cum domesticis suis sine ulla manifesta causa sæpiùs ægrotavit, ejusquè pecudes, vaccæ nimirum & capræ, ex improviso claudicare cæperunt, nec ullo remedio antè curari potuerunt, donec ancilla inopino casu sub ostii limine ollulam viridem, atque in ea ovum linteo obvolutum, filisque albis peculiari modo conglomeratis munitum offendit: quibus sublatis non ipse solùm, & filiola, aliiquè domestici

stici â malo liberati sunt, sed etiam in dictis pecoribus pedum contractura & claudicatio penitus cessarunt. Spectat hûc etiam illud, quod allegat *Rudolph. Goclenius in Synarthr. Magnet. p. m. 262.* de Concionatore quodam in monte Politiano, qui concionaturus obmutuit, idque secunda & tertiâ vice. Videns hoc naturale non esse, in concione sibi vocem tantùm præcludi, votum Patronæ loci vovit, inveniensque in suggestu signum maleficii, capillos nempe inter se ligatos, eosdem combussit, & vox illicò restituta fuit. Hinc rectè monet *Carrichterus Tract.* von Zäuberischen Kranckheiten / Medicum ad fascinatos vocatum semper suspicari debere, annon forsan causa morbi externa in angulo quodam domus lateat; hâc enim inventâ atque sublatâ, illicò futurum, ut omnis inde ortus morbus feliciter curetur.

Quod autem relata in Casu nostro phænomena non eo ipso statim momento, quo incantatrix exspiravit, sed successivè, & die demum sexto pòst, penitus remiserint, id ipsum reliquiis animæ seu spirituum animalium, in motu suo & radio luminoso quidem extinctorum, sed non penitus ac formaliter destructorum, tribuendum nullus dubito. Ex hoc enim fundamento diversas corporum mortuorum operationes & effectus, omniaquè mortuorum miracula oriri, ex *Helmontii*, *Johannis-Marci Marci*, *Ettmülleri Operibus*, *& Wirdigio l. a. §. 3. p. 58.*, nec non ipsis *Mortuorum Miraculis* â sæpius laudato *Garmanno* collectis, liquidò apparet. Quemadmodum ex eodem fundamento ipsorum mortuorum apparitiones & spectra ab Illustri Præside quondam nostro, *Bn. D. Volckamero Observat. 192. Anni II. Decur. II.*, *Königio Anni VI. Observ. 37. p. 98.*, *B. Claudero Anni VII. Decur. dictæ Observat. 163.*, *Paracelso in Herbar. ubi de Corallis, & Lib. de Votis alien. Tr. III. in T. Opp. II. p. m. 173. & 441.*, *Maxvello in Medicina Magnet. Lib. I. cap. 2. p. 9.*, *Beckio loco suprà cit. p. m. 243.* seqq., nec non *Riedlino in Linear. Medicar. Anno* 1696. p. 612-614. recte derivantur. Glaciem hac in re præ aliis primùm fregisse videtur Philosophus suprà allegatus Teutonicus, *Jacob Böhmius, in Epist. Theosoph.* 22. §. 8-13. *p.* 117. *sqq.*,

seqq., ubi rationem formalem de spectris non inelegantem habet, dummodò ea, quæ animæ rationali, menti nimirum immortali attribuit, ad animam corpoream aut spiritus animales applicentur, superflui autem, & præter necessitatem in homine multiplicati spiritus chimærici, astrales aut siderei, elementares &c. expungantur. Res denique omnis egregiè illustratur binis illis exemplis, quæ referuntur à Curiosissimo *Happelio* in *Relat. Hamburgens. Curios. Anni* 1706. *Relat.* XXXII. *p.* 251-254. & *Relat.* XXXIII. *p.* 262-264.

☿

Ex Johannis-Frider. Zittmanni Medicina Forensi Cent. II. pag. 413-417.

CASUS XXII.

Melancholia habita pro Empusa vel Diabolica.

P. P.

NOn ita pridem vetula quædam, Civis hujus loci, cui nomen M. W., execrandi cum cacodæmone infernali concubitus & quamplurimorum aliorum suspecta, in carcerem deducta & inquisitioni subjecta est; quæ dum peragitur, sententia tandem *fol. 45. fac. 6.* à JCtis lata urget, ut pro rei necessitate Inquisita experti cujusdam Medici examini denuò subjiciatur, ejus posteà Judicium, ut & prioris illius Medici, quod fol. 15. legi potest, Actis simul missis cum Facultate aliqua Medica communicetur, & ex hac: *Utrum Inquisita hæc plenario sanæ rationis usu polleat?* & *annon confessa delicta omnia vitio alicui depravatæ phantasiæ vel imaginationi adscribenda sint?* quæratur. Cùm igitur, Viri & Fautores Honoratissimi, nulli dubitemus, quin convocato Incluto Collegio vestro, totum hoc negotium secundùm Acta, & in-

primis bina Medicorum Judicia *fol.* 15. *&c.*, exactè examinaturi & dijudicaturi sitis, Acta ad unum omnia præsenti volumine comprehensa transmittimus, submissè rogantes, ut singulis momentis & circumstantiis exactè ponderatis, Judicium Nobis Vestrum de universis ac singulis quamprimùm aperire non dedignemini. Id quod solutis pro studio & labore impensis &c.

B. d. 29. Jun. 1674.

POstquam Amplissimum & Prudentissimum Collegium Senatorium & Prætorianum Civitatis B. Judicium meum, *an M.', P. W. relicta vidua, melancholiâ aliquâ fortè affecta sit?* quæsiverunt, hinc instituta sedula Actorum Inquisitionalium perlustratione, nec non vitæ antè actæ exploratione, & accurata imprimis temperamenti aliarumquè circumstantiarum examinatione, (cùm juxta *Zachiam Lib. II. Tit. II. Quæst. 4. in veneficii & similibus delictis, ad Rei condemnationem propria confessio non sufficiat*) respondeo: quòd scilicèt jam dicta Inquisita complexionis sit summè sanguineæ, uti superstes adhuc sub rugis senilibus roseus faciei color aliæque circumstantiæ testatum faciunt, unde in vegeta ætate, ob sanguinem copiâ ebullientem, at acrimoniâ stimulantem, lasciva fuit, & cùm tribus successivè viris viduis admodum annosis (qui appetitui ejus Venereo saturando, uti auguror, minùs sufficientes fuerunt) nupta fuerit, mille artifex iste infernalis, occasionem hanc observans, in tam atrocia eam facinora pellexit. Confirmatur hoc ex constanti mulieris relatione, quòd nempe ab incubo semen, & materia huic analoga, & vicaria, satis calidè semper in uterum immissa fuerit: coitus enim, aliarum verarum sagarum confessione, non solùm est frigidus, sed loco desideratæ voluptatis horrorem quoque percipiunt,

piunt, vel dolorem, nullasquè cacodæmon ſemine calido & jucundo, exceptis quibusdam, quæ prolem deſiderant, vel execrandi ſponſi hujus recens nupti cluent, demulcet, de quo vid. *del Rio Diſquiſit. Magic. Lib. II. Quæſt.* 15. & *Joh. Bened. Hinibaldus Geneanthr. Lib. I. Tract. III. cap.* 2. & 3. Cùm igitur Captiva noſtra non animo incantandi & aliis nocendi, ſed deteſtandæ incontinentiæ Venereæ causâ fœdus cum illo inierit, dubium non eſt, quin ſolestus hic amaſius, pro ſartum tectum ſervando amore & fœdere, coitum eidem conceſſerit calidum & voluptuoſum. Rebus ſic ſtantibus facilè jam patet, Inquiſitam hanc melancholiâ propriè dictâ affectam non eſſe; neque ex perturbatione mentis tetrica, ſed morſu excitatæ conſcientiæ, tanta facinora eſſe confeſſam: id quod etiam ex eo confirmatur, quòd paucis abhinc diebus amicæ cuidam adſtanti dixerit; ſe jam invitam ab incubo (viſibili quidem) adoriri, & ad coitum cogi: ſiquidem amica jam nominata adſtans, ob coeuntis violentiam, regionem pubis intumeſcentem confeſtim vidit, eamquè motitari obſervavit. Accedit & hoc, quòd nunc ternos menſes gravidam ſe profiteatur, & quòd diverſis hactenus vicibus maſſam nigram, fruſtro carnis fumo induratæ ſimilem, & murem mediocris magnitudinis quantitate æqualem, poſt nonimeſtrem gravidationem enixa ſit. Suſpiciones melancholiæ præſentis quod attinet, ex Actis illæ, & dictis ſeriò collatis & ventilatis, facilè declinari poſſunt; nam 1. caput quidem adeſt quodammodo turbidum & debile; cùm verò ad quæſtiones propoſitas plerumqve ſobriè ſatis & ſufficienter reſpondeat, verticis hæc debilitas pœnitentiæ potiùs augmentum quotidiè capienti, & qvòd ab indignabundo proco verberibus, puncturis ac lancinationibus affligitur, adſcribenda venit. 2. Seceſſio itidem & triduana in ſylva commoratio non tam ex melancholia, quàm ob conſcientiæ angores, ſuſcepta fuit, dum propter creſcens ſenium appetitus Venereus laſcivus jamjam remittit, adeoque miſera, latrante conſci-

ſcientiâ, à cacodæmone perturbatur & confunditur. 3. Ad quæſtiones nonnullas, non tamen magni momenti, quod inconſtanter quidem ac variè reſpondit, in tantis animi turbis ob vitium capitis debilitati, ſexus & ætatis, in admirationem trahi vix meretur. Hæc ſecundùm ſcientiam ac conſcientiam atteſtari debui.

B. d. 27. Jul. 1674.

D. Gabriel Clauderus,
Archiater Ducalis Saxo-Altenburgenſis.

D

AB Ampliſſimo & Prudentiſſimo Civitatis B. Senatu reqviſitus, Vetulam illam, nomine M., P. W. relictam viduam, ibidem vinculis conſtrictam, & pacti cum dæmone, ut & Venere ex cum eo cohabitationis accuſatam, in cuſtodia viſitavi, & colloquio cum illa inſtituto examinavi, ex omnibus tamen circumſtantiis aliud nil reperire ac colligere potui, quàm gravem melancholiam hypochondriacam, qua Inqviſita laborat, indequè ortum errorem mentis, ob deluſam imaginativam; Ut adeò nullius planè criminis, quod ſibi vel imaginatur, vel in loco Judicii ſponte confitetur, damnari poſſe videatur. Eam enim 1. valde anxioſam, triſtem & ſuſpicioſam, manibus attritis & tremulis, quin & internis anxietatibus affectam, vidi, omnemquè ſermonem & relationes maximè confuſas & mutabiles, ridiculis interdum aſſertionibus conjunctas percepi, ita ut reſponſiones, quas mihi dedit, nec inter ſe, neque cum illis, quæ in Actis conſignatæ ſunt, conveniant; acea propter, unà cum imaginationis vitio, & 2. defectus memoriæ adſit. Id quod apparet, quòd 3. inter alias relationes, artificium concitandi tempeſtates ſibi vendicârit, eumquè Satanicæ cohabitationis tempus ſimul determi-

terminarit, quod totum vitæ ejus curriculum, qvin imò nativitatem ipſam, excedit. Paucus prætereà adeſt ſomnus; ciborum tamen appetitus pro ratione ætatis reſpondet; concurrit ſimul alvus obſtructa; conqueritur de anxietatibus & anguſtiis præcordiorum (monſtrando regionem ſtomachi) item de dolore occipitis; pulſus eſt parvus, rarus, inæqualis ſubinde, in certis tamen intervallis ſemel intermittens, &c. Quæ omnia affectum hypochondriacum confirmant. 4. Partus diabolici, vel conceptus putatitii uterini diabolici, quos per matricẽ excluſiſſe mihi conſtanter affirmavit, utut per poſteriora excluſos, teſtantibus Actis, hactenus dixerat, ſcybala tantùm ſunt recrementoſa, in cellulis coli ob contumaciorem alvum ſucceſſivè indurata, hinc ſub excretione firmius compacta; uti hæc, unà cum inſpectione oculari, omnes circumſtantiæ confirmant, quapropter fieri aliter non potuit, quin cum ſummo egerendi conatu & dolore lumborũ alvus ea egereret. Tandem 5. coitus cum diabolo planè imaginarius eſt; hunc enim non, niſi ingruente nocte, ſub principio ſomni fieri affirmat, ita ut inter diu planè quieſcat, quem quidem vehementiores corporis commotiones ſimulant, cùm tamen non, niſi in ſomno, eô ipsô affligatur. Symptomata hæc nihil aliud judico, quam graviorem incubum cum epilepticis convulſionibus junctum; qualia etiam pathemata hypochondriacis confirmatis non infrequentia eſſe ſolent. Adeoque forſan occaſione internâ vitio alicujus mali circa genitalia latentis (quippe quæ ætate demum provectiore matrimonium contraxit, & à tribus viris, quibus ſucceſſivè nupſit, nunquam imprægnata eſt) imaginationem congreſſus cum dæmone, & conſequenter ſagarum conſortii, ſibi perſvaſit, & hinc ſibimet ipſi, pro more talium ſubjectorum, ab aliis relata phantasmati concepto congrua attribuit, atque ſic equorum faſcinationem à ſe factam mente concepit. Hæc Infor-

matiónis causâ ad instantiam &c. Datum B. d. 29. Augusti 1674.

Mich. Ettmüller, D.

RESPONSUM FACULTATIS MEDICÆ LIPSIENSIS.

P. P.

POstquam Dominat. Vestræ hisce diebus, ad tenorem sententiæ à Dnn. Scabinis Electoralibus Saxonicis latæ, Acta quædam Inquisitionalia, unà cum duorum Medicorum Attestatis, Nobis transmisere, simul rogantes, velimus de hac quæstione: *Utrum* scilicèt *Mulier Inquisita integræ & sanæ sit mentis, & annon quælibet in Actis consignata vitio phantasiæ & imaginationis perversæ adscribenda sint?* Judicium Nostrum Medicum satis probè fundatum Vobis exponere; Præmissâ itaque sufficienti Actorum perlustratione, neque minus Attestatis Dnor. Medicorum collegialiter & cum judicio evolutis, præsenti Rescripto Judicium nostrum aperire nulli dubitamus: Licet nimirum utriusque super hanc causam conscriptum Judicium suo loco relictum cupiamus, Nos tamen & principia Medica, & experientia ipsa, aliorumquè tum veterum tum modernorum medicorum Observationes & Historiæ, in hanc sententiam manu quasi ducunt, ut collatis inter se & examinatis probè palmariis universi negotii circumstantiis, judicare & concludere cogamur, mulierem hanc Inquisitam non integræ ac sanæ mentis pronunciandam, sed ipsius affectum, assertа & relata, ex vitio phantasiæ, (depravatè scilicèt agentis) nec non imaginatione corrupta, principia sua sumere omninò potuisse. Et si imprimis consideramus, 1. quòd à melancholicis mirabiles admodũ, imò ipsi naturæ con-

contrarii conceptus ſæpiſſimè fingantur, quibus pertinaciter & conſtantiſſimè inhærent, ita, ut e. g. melancholicorum nonnulli crediderint, ſe aliorum incantationibus à diabolo eſſe obſeſſos, uti *Aëtius* ſcribit: alii ſe mortuos putarunt, qualium *Hollerius* meminit *Lib. de Morb. Intern. in Schol. ad Lib. I. c.* 17., pariter ac *Tulpius* de muliere quadam refert, quòd ab initio molam imaginariam mente conceperit, poſtmodum ſe mortuam fuiſſe, jam verò in mundum à DEO remiſſam eſſe, ut corde privata viverat. Idem *Tulpius* aliique Scriptores de variis melancholicis pluribus phantasmata perquàm mirabilia obſervarunt; imprimis *Jac. Luſitanus de Med. Princip. Hiſtoriis, Williſius de Anima Brutorum, Schenckius in Obſervationibus, Schottus in Mirab. Miſcell.* &c. Siquidem Nosmet ipſos eundem hîc Lipſiæ ante aliquot annos affectum in ſubjecto quodam fœmineo, cum Inquiſitæ valdè ſymbolizantem, obſervaſſe recordamur. 2. Etiam, præter jam adductas rationes, quas *fol. 47. 48. Atteſtatum* exhibet, ex iisdem Actis liqueat, Inquiſitam multis in ſermonibus maximè variari, quo ex per conſequens magna mentis inconſtantia ac læſio imaginationis & memoriæ apud illam facilè apparet, uti in ſpecie ex ipſius ad *Articulum 11.* relatione colligendum, quòd ſcilicet faſcinandi artibus mox à nativitate, aut etiam ante nativitatem, inſtructa fuerit; item ex contradictionibus, quas *Artic. 10. fol. 5. b. fol. 17. a. b.* & *fol 34.* circa fœtus diabolicos enixos evidenter committit: quæ omnia, à ſana mente maximè aliena, ê diametro ſibi invicem contradicunt, & ex delirio melancholico vel phantaſiæ depravatione ortum duxiſſe, ſponte ſuà prælucet. Interim ſuo loco Nos relinquimus, annon in hoc ſubjecto inſimul malitia quædam, numne, cum melancholia balneum diaboli ſuo jure audiat, cacodæmonis machinationes & ludibria forſan concurrant, quod ſoli *καρδιογνώστη* perſpectum eſſe poteſt. Hæc Dominationes Veſtras Informationis deſideratæ cauſa &c. &c.

Lipſiæ d. 1. Septembr. 1674.

(o)

JUDICIUM PHYSIOLOGICO-MAGICO-MEDICUM

de

CURA SYMPATHETICO-MAGNETICA,

Omnibus Oeconomis & Rusticis familiari,

CONTAGII CUJUSDAM EQVINI,

CONTUMULATIONE INFECTI ALICUJUS EQVI MORITURIENTIS

feliciter peractâ,

una cum

RESPONSO ILLUSTRIS FACULTATIS MEDICÆ LIPSIENSIS,

exterorum in gratiam Latine translatum.

P. P.

QVum fato fieret, ut Tibi, Clarissime Vir, *tempore autumnali anni præterlapsi 1705., grassante hisce in tractibus lue equina, in prædio Hoyeriano, quod Roitzschii est, â Te conducto, octo equi non levis pretii, partim in Inventario consignati & â Possessore traditi, partim propriis sumptibus empti, præproperâ morte extinguerentur, non obstante, quòd tam fabrorum ferrariorum, quàm aliorum veterinariorum, peritissimorum cura, cùm præservatoria tùm therapeutica,*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [122] - 108
PUBLIC DOMAIN

tica, adhibita fuerit; his verò in anguſtiis, cùm & nonus equus ſimili contagio infectus ægrotare cæpiſſet, non minus conſilium Tibi ab ipſis veterinariis, ut & vicinis rerum Oeconomicarum haud imperitis, eſſet ſuppeditatum, de equo, dum adhuc viveret, contumulando, propoſitis ſimul exemplis & ipſius Generoſiſſimi Dni Hoyeri, Regii ac Electoralis Saxonici Centurionis, & aliorum duorum Roitzſchii degentium Nobilium, ut & Prædii Greppinenſis Adminiſtratoris, qui omnes partim paucis abhinc annis, partim hactenus, ejusmodi contagia equina, bovina aliorumqvè pecorum, contumulatione infecti & adhùc viventis jumenti ejusdem ſpeciei delere, plus unâ vice neceſſe habuerant. Quum itaqve jurium non ſolum peritus, ſed & Philoſophiæ ſympatheticæ & ſtudiis oeconomicis addictiſſimus, ex ſedula Scriptorum, præſertim Boyleanorum, Digbæanorum, ut & Theatri Sympathetici, aliorumque doctorum & peritiſſimorum Medicorum atque Philoſophorum mechanico-philoſophico-ſympatheticorum lectione, quid diſcriminis ſit magiam inter licitam & illicitam, probè ſatis addidiceris, & quascunque etiam actiones ſuperſtitioſas, quarum nullum in natura fundamentum explorari poteſt, pleno animo deteſteris: præterea aquè probe memineris, quod iſtiusmodi equorum aliorumque pecudum infectorum viva ſepultura, cùm hîc tùm aliis in regionibus, contagiis hiſce graſſantibus, eaque ac ignobilibus pariter ac nobilibus oeconomis, ut & ârusticis, nec non ab ipſis parochis non paucis, ſine ullo

plebis ſcandalo, aut magiſtratus reprehenſione, optato cum effectu exercita fuerit, adductus omninò es, ut ipſa neceſſitate, propter evidentem totius oeconomiæ ruinam, ſic urgente, remediisquè veterinariorum ordinariis nihil proficientibus, hanc tandem curam ſympatheticam adhiberes. Ne tamen indocta ac ſuperſtitioſa plebs ſcandalum ex hoc facto tuo ſibi fingeret, deliberato conſilio negotium omne cum Confeſſionario Tuo, Paſtore nempe Roitzſchiano, Dno M. Gregor. Reichio, Viro non minùs docto, quàm oeconomiæ per multos annos peritiſſimo, communicatum voluiſti, apertè indicans, praxi hâc magicâ neque ceremonias ullas exerceri, neque certum tempus determinari, omnium autem minimè damnum ullum vel hominibus vel pecoribus inferri, atque ſic modò nominati Paſtoris præſcitu atque conſenſu, die lunæ â Dominica decima quarta poſt Trinitatis, die nimirum decimo quarto ſeptembris, ad portam atrii ſuprà dicti prædii foveam in ipſo introitu effodi, & circa veſperam contagio infectum & adhuc viventem equum, ſine ullis ceremoniis ac characteribus intrudi, eumque terrâ obrutum ſepeliri curâſti. Accidit autem, ut Hoyeriani Judicii Præfectus, Dn. L. Chriſtian. Schulzius, criminis magiæ illicitæ titulo contra Te, uxorem Tuam, ac reliquos domeſticos tuos, proceſſum, uti vocant, inquiſitorium ex hoc actu formare auſus ſit, hanc prætexens cauſam, equi hujus contumulationem ob tollendum aliquod faſcinum ſuſceptum eſſe, in quam, utpote ſuperſtitioſam, pro merito animadvertatur,

tur, vel ipsum Judicis Officium exigat. Hinc tribus, Clarissime Domine, *literis die 22. 25. & 30. Martii ad me datis operam meam requiris, ut negotium hoc trutinâ Physicæ sympatheticæ examinem, quâvè ratione hæc ad Facultatem Medicam & Philosophicam pertineat, exponam, meumque Judicium Physico-Magico-Medicum super Quæstionibus duabus sequentibus, unà cum rationibus decidendi & dubitandi, Tecum communicem:*

I. Num contumulatio dicta equi infecti & adhuc viventis, lue equinâ grassante, actus sit fascinatorius, adeoque superstitiosus, & Magiæ licitæ contrarius appellari possit?

II. Annon actus ejusmodi ad curationes sympatheticas & magneticas potiùs referendi, adeoque causas suas naturales agnoscant, & quonam eæ fundamento nitantur?

Omnia juxta tenorem supra dictarum literarum, & Actorum privatorum mihi in hunc finem traditorum.

Respondeo itaque ad *Quæstionem primam*, quod isthæc contumulatio equi Tui contagio infecti & adhuc dum viventis nullo modo ad praxin magiæ illicitam seu fascina, imò nequidem ad actus superstitiosos, referri possit, Tu quippe, & Juris peritus & Oeconomiæ expertus, totum negotium ex causis Physicis & ipse priùs indagâsti, & insuper etiam Confessionarium Tuum, Pastorem Roitzschianum, quo scandalum omne penes simplicem ac superstitiosam plebem eo magis evitetur, in consilium adhibuisti, adeoque approbante & consentiente hoc ipso, equum contagio infectum adhuc dum vivum, delendi grassantis contagii ac equorum superstitum præservandorum causâ, nullatenus verò vel hominibus vel pecudibus nocendi animo, contumulandum man-

mandasti: quibus cautelis ritè ponderatis, omnis superstitionis & fascinationis suspicio suopte nutu evanescit. Siquidem illa solùm praxis extraordinaria, magica nempe ceu hyperphysica, quæ in damnum proximi dirigitur, Illicita dici solet & debet, utut per media tantùm naturalia noceat: quo de pluribus videre poteris Medici Brunsvicensis, Dni *D. Martii, Dissertationem de Magia Natur. ejusque usu Medico ad magicè & magica curand. cap. 2. §. 2. p. m. 26.*

Magiæ siquidem vocabulum non denotat scientiam superstitiosam ac diabolicam, neque Veneficium ac Fascinationem, sed potiùs juxta derivationem & explicationem Platonis, Strabonis, Herodoti, Drusii & Grotii, vi originis Arabicæ ac Persicæ, idem quod φυσικὴ σοφία, Naturalis Sapientia, Ars Physica, Germanis die Weißheit und Erkändtnis aller natürlichen und himmlischen Dinge/ & juxta Lutheri nostri versionem Biblicam die Egyptische Weißheit/ quæ, testante Historia Philosophica, ab Abrahamo ortum ducit, quà scientiâ pariter ac experientiâ Moyses, Aaron, David, Salomon, omnesquè sancti Patriarchæ, inclaruerunt. Unde & *B. Lutherus* τῆς μάγους ἀπὸ ἀναλολῶν *Matth. II, 1. 7. 16.* non explicat per Veneficos, Incantatores & Fascinatores, Zäuberer und Hexen-Meister/ sed per Sapientes vel Physicos, die Weisen aus Morgenlande/ Magos Orientales, quos Medicus ille Isenacensis, & curiosissimus doctrinaquè suâ illustris, Academ. Naturæ Curios. Adjunctus, Dn. *D. Paullini, in Delic. Curios.* vel Zeit-kürtzenden und Erbaulichen Lust *P. II. Them. 28. p. 220.* ceu viros sapientes, atque in omni, sacra pariter ac profana scientiâ Physica, eruditos describit: quippe qui mediante sapientiâ suâ vel magia, non verò fascinatione, per stellam, quæ in Oriente ipsis apparuerat, natum Christum, Regem Judæorum, cognoverunt, & ad eum adorandum longinquis ê regionibus Bethlehem profecti fuerunt, de quibus vide sis *Lambert. Dodonæum in Physica Tract. IV. cap. 36. p. 15.*, & Scaligerum de *Subtilit. Exercit. 327. p. m.* 1054.

1054. Hinc & *Dreſſer. Iſagog. Hiſt. Millen. VI. p. m.* 285. Philoſophicam illam dignitatem ac Magiſtri titulum à Magis derivat, utpote quibus ſapientiæ & doctrinæ liberalis profeſſio in Perſia demandata fuit. Sicuti enim Medicina eſt Phyſica practica, praxis nempe per media ex tribus regnis ordinaria; ita magia eſt praxis hyperphyſica, hoc tempore extraordinaria, per media ſpirituoſa.

Magia itaque ejusmodi eſt ſcientia, quæ vires omnium, & naturalium & cœleſtium, rerum ſcrutatur, & poſtquam eorum proprietates accuratâ theoriâ penetravit, potentias abditas & occultas eo usque in lucem profert, ut hinc miracula, humanam rationē aliàs ſuperantia, penetrari poſſint. Atq; hæc omnia non tam arte, quàm naturâ mediante, cui ceu magiſtræ ars, ejusdem famula, ſe ſubmittit; quod legi poteſt in *Marſil. Ficino, Paracelſi Philoſoph. Occulta*, ubi de inſigni Magiæ abuſu, *in T. Opp. II. p. m.* 493., *Dni D. Johann. Reichii Theſib. Inaug. de Crimine Magiæ, Buddei Element. Philoſoph. Theor. p.* 262. & 297., & *in Anonymi* cujusdam *Colloqv. arcan. Theol. Philoſoph. & Philoſ. Theolog. de Magia Natur. p.* 16., nec non *Kulmi Tract. de Oneirol. cap.* 4. §. 15.

Et hoc reſpectu *Suidas* Magos deſcribit, quod homines ſint ſapientes Deumquè amantes; quemadmodum & Perſæ, ſuprà dictorum Magorum Orientalium conterranei, teſtimonio *Heſychii*, omnes pios Theologos & Sacerdotes Magorum titulo ornârunt; *Cicero* verò *de Divinat.* eos Interpretum & Cultorum Divinorum, penes quos ſit genus ſapientum, nomine inſignivit: id quod eruditiſſimus *Cellarius* Hallenſis *in Diſſert.* quadam *de Magis ex Oriente Stella Duce Bethlehemum profectis*, optimè deducit. Hinc quoque *Plato* Magiam vocat Cultum Deorum, verbis ſequentibus: ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὰ ζῳωσεῖδῆ τὰ ὠρομάζε, ἔστη δε τῦτο θεῶν θεραπεία. Qua ratione & variis in Academiis dignitas Magiſterialis, à Magis nomenclaturam habens, vel eximiis Theologis attribuitur, prout in Academia quoque Pariſienſi ac Lovanienſi omnes Theologi κατ' ἐξοχὴν Magiſtri Noſtri dicuntur,

juxta *Dresseri* testimonium *l. c.* adductum : Qua ratione etiam dubio procul titulus hic in inclyta Academia Lipsiensi omnibus ac singulis Doctoribus & Professoribus præponitur, his verbis: Nos Rector, Magistri, & cæteri Doctores, &c. Plura de hactenus dictis legi possunt *in Franc. Patritii Zoroastre seu Magia Philosoph. pag 15. & 16., Peucero de Magia fol. mihi 146.*, ut & *Matth. Martinii Lexico Philolog.*, nec non *Pasoris Lexico Græco-Latino p. m. 456.*

Ac ea propter, grassante peste pecuariâ, praxis Magica seu hyperphysica, e. g. contumulatio ægrotantis equi, vaccæ, ovis, porci &c., adhibitis licèt certis ceremoniis eadem instituatur, non statim superstitiosa, multô minus execrandum pænaque dignum fascinum (superstitio enim,& fascinum, duo sunt distincta) jure vocari potest, siquidem ipse Christus, & ad ejusdem mandatum Apostoli, miracula edentes ceremoniis ejusmodi usi sunt, e. g. manuum impositione *Marc.* XVI, 10., & simul digitorum in surdi & muti auriculas immissione, linguæque tactu *VII, 33. 34. Lucæ* XIII, 13., *Actor.* VI, 6. IIX, 17. XIII, 4., XIX, 6. 1. *Tim.* IV, 13. V, 21., 2. Timoth. I, ~~Timoth. I,~~ 6.; neque minùs Patriarchæ in veteri Testamento, ut Abrahamus *Genes.* XXIV, 3. 9., Jacobus XLIIX, 14. & Josephus 17., Aaron *Exodi* XXIX, 10., Moyses *Levit.* I, 4., *Num.* XXVII, 23.; Moyses formatione & suspensione presteris ænei *Num.* XXI, 8. 9.; mediante baculo *Exodi* IV, 3. 4. 17. XVII, 5. 6. 7. *Num.* XX, 9. 10. 11., Aaron VII, 10. 15. 17. 20. IIX, 5. 16., Magi seu Sacerdotes Israëlitici, ad mandatum divinum, sumto vase fictili aquæ sanctæ pleno, & pulvere, qui erat in solo tabernaculi *Num.* V, 16 - 19.; mediantibus maledictis in libello scriptis, quæ cum aquis amaritudinum deleta adulteræ bibendum porrexerunt *versu* 23. 24.; præputii circumcisione â Deo ipso mandata *Genes.* XVII, 10. seqq., *Levit.* XII, 3. *Johann.* VII, 22. *Actor.* VII, 8. *Roman.* IV, 11. & passim. Ut ceremonias illas, quæ in consecratione & administratione S. S. Cœnæ, Baptis-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [128] - 114
PUBLIC DOMAIN

ptismi & Absolutionis actu, Sacerdotum Ordinatione, baptizatorum & in mortis articulo constitutorum Benedictionibus, decantationes hymnorum, modò tam chorali quàm figurali, pluribus allegare & explicare supersedeam, utpote quæ pariter ad magicas actiones meritò referuntur.

Quicunque igitur de actibus, & his adjunctis ceremoniis, dialecto Persarum *Magicis*, Græcorum *hyperphysicis*, Latinorum *sacerdotalibus*, *naturalibus*, &c. cum ratione judicium ferre intendit, ille primò omnium Operatoris magi seu physici intentionem, quæ sola Magiæ, Physicæ cœlestis seu spiritualis Practicæ, licitæ vel illicitæ differentiam facit, scrutari, ac tunc demum de licito vel illicito judicare debet. Quæ omnia dubio procul præfatus Roitzschiensis Pastor, vir pariter doctus ac rei oeconomicæ satis peritus, (quippe ad cujus parochiam non solùm numerosus auditorum, non tam rusticorum, quàm Nobilium ac Civilium spectat, sed & parochiæ ipsi, hujusquè Jurisdictioni inferiori, subditi quidam subjecti sunt) maturato judicio attendisse videtur. Accedit, quod equus contagio maligno infectus non facilè praxi veterinariis neque ipsis medicis consvetâ, tincturis nempe & pulveribus bezoardicis, similibusquè remediis aliis, curari potest, uti homines; cum simplicia alexipharmaca cruda, radices, herbæ, myrrha, camphora, (quorum posteriora duo potentissima alexipharmaca, venenum contagiosum alterantia & destruentia, sunt) equo lue malignâ infecto absque pabulo propinari non possunt, quia equis his infectis, æquè ac hominibus ægrotantibus, appetitus planè prostratus est; neque debitâ dosi pabulo immisceri possunt: nec separatio, multis simul infectis, effectu est facilis, aëre imprimis contagioso per totam regionem, provinciam, aut pagum tantùm non extenso; nec stabulis pro singulo equo infecto ædificandis prædii locus suppetit; multo minus talismodi malo ægrotans eqvus hypocausto calefacto aut lecto inferri

poteſt, ut venenum contagioſum partim alteretur & figatur, partim largiore ſudore expellatur.

Cùm itaque, *Vir Clariſſime*, rebus ſic ſtantibus, novem præſtantiſſimorum equorum, remediis ordinariis plurimis fruſtrà adhibitis, multorumq; veterinariorum auxilio fruſtrà tentato, anima ſæpiùs dicto contagio deſtructa & extincta ſit; Tu tandem, ipſorum veterinariorum conſilio, curam extraordinariam ſatis cognitam & uſitatam, idquè indultu Confeſſionarii Tui, inſtitueris, quîs ergô emunctioris naris homo actum hunc, tanquam illicitum magicum & faſcinatorium, definire & traducere audebit? Siquidem ejusmodi factum, imò quodcunque aliud vel proprio vel proximi commodo fit, mediis quidem extraordinariis, attamen naturalibus, præſcitu & indultu Confeſſionarii, vel ſaltem præſentibus aliis bonæ famæ hominibus ſuſceptum, (quibus & ipſam koskinomantiam, item libelli Evangeliorum dominicalium hæreditarii, forcipe vel forfice aut clave ſuſpenſi, motitationem aut ſaltum pro furtis ac ipſis furibus explorandis inſtitutas annumerare religioni non duco, modò prohibitus ille ac ſuperſtitioſus Verbi Divini & Scripturæ Sacræ abuſus vitetur) propter bonum cauſæ finalis reſpectum Magia quidem licita, nullatenus verò faſcinum, vocari licet. Quòd ſi verò quis naturâ ac mediis naturalibus, proximo ſuo vel ejusdem pecoribus nocendi fine abuteretur, præterea etiam verba ſuperſtitioſa in decalogo interdicta ſimul recitaret, actio hæc fit magia illicita, quæ vulgò diabolica, Germano verò idiomate eine Hexerey/ vocatur.

Ut diſtinctio hæc accidentalis exemplis magis illuſtretur, croco e. g. omnis Oeconomus, imò & Reges ac Principes, Nobiles, cives ac ruſtici, utuntur pro cibis condiendis, uti etiam in medicamentis frequens ejus uſus eſt, hinc in medicina is ipſe auri vegetabilis, lætitiæ cordis &c. encomio gaudet, ob egregiam, quâ pollet, virtutem in apoplexia, ſyncope, mœſtitiis melancholicis, quibuscunque affectibus pectoralibus, aſthmate, phthiſi, &c. ſic myrrha

myrrha ab Helmontio aliisque medicis commendatur tanquam balsamum vitæ nostræ conservativum, & hinc maximo cum fructu usurpatur in morbillis, variolis, & omnibus petechialibus aliisque malignis, imò pestilentialibus, nec non simpliciter ardentibus & intermittentibus febribus, in omnibus apostematis & ulceribus, internis & externis, phthisi, lumbricis, dysenteria maligna, scorbuto &c.; Neque minus semen hyoscyami egregium & præsentaneæ opis est remedium in hæmoptysi aliisque hæmorrhagiis desperatis: At certè, siquis abutatur mediis his naturalibus, e. g. si scelestus quidam prostibulis crocum aut myrrham, fœtus expellendi causâ, propinet; aut his ipsis tædiosæ uxori puerperæ vehementem uteri hæmorrhagiam, adeoque vires exhauriendo mortem lentam procurare vellet; aut si idem magnam croci portionem plumis pulvinari inclusis immisceret, aut cucuphæ insueret, eo fine, ut soporem lethalem aut somnum æternum acceleraret; vel si scelestus quidam in conventibus semen hyoscyami in hypocausto calefacto disseminare, vel in circulum saltatorium projicere, aut fornaci calefacto imponere, vel clibano huic insito, vel fideliis calefactis, eâ intentione immittere vellet, ut omnes in hypocausto commorantes tumultuarentur, se invicem vulnerarent & confoderent; num ideò vel Medico, vel Chirurgo, vel patrifamilias professio sua interdicenda, aut eam ob causam Medicina, Chirurgia & Oeconomia, artes illicitæ essent nominandæ? Si igitur finis bonus, opus erit bonum; sin malus, malum.

Equidem multis in Præfecturis & Curiis Acta inquisitionalia mecum communicata, in puncto koskinomantiæ, axiomantiæ, suffumigationis ac tostionis effossorum, quæ à furibus impressa observabantur, vestigiorum, ubi Inquisitis quidem in J.C.T.orum sententiis aut carceris pœna aut mulcta quædam, unà cum admonitione & informatione sacerdotali, ut à superstitiosis his delictis imposterum abstinere velint, indicta fuit. At enim ve-

rò circumstantiis, quæ Acta inquisitionalia referunt, accuratè ponderatis, occurrunt & conjunctæ sunt in actu koskinomantiæ, ut & in Voluminibus quibusdam in actu motitationis clavium, forcipum & forficum hæreditariorum, quibus libelli Evangelici hæreditarii suspensi fuerunt, conjurationes variæ superstitiosæ & detestandæ; e. g. *Conjuro Te in nomine Sancti Petri & Pauli* (in alio ejusmodi Actorum Volumine & Sancta Deipara, Maria Sanctis his adjuncta legebatur:) *& omnibus Sanctis, ut mihi indices, an N. N. e. g. anserem meum occiderit, deplumaverit, coxerit & devoraverit! &c.* Id quod omninò peccatum erat contra primum Catalogi Præceptum, nostrumquè Evangelico-Lutheranam Religionem, adeoque pœna satis dignum fuit. Sic alii quoque pœna dicta vel suo jure adjudicata est, quod furis, qui brassicam capitatam ex agro furto abstulerat, pedum vestigia terræ insculpta effosserat, eaquè sub camino, simulque super fornacis spiraculo suspenderat, eâ intentione, ut fur ignotus, aut anxietate oppressus præsentem se sisteret & brassicam furtivam restitueret, aut absens atrophiâ periret. Quales actus magico-sympathetici, partim cum superstitiosis & impiis adjurationibus, partim verò cum mala aliis nocendi intentione conjuncti sunt, adoque cum cura Tua sympathetica morituri entis equi infecti ac contumulati nihil planè commercii habent. Dubium enim non est, quin, inito prius cum animarum Curatore consilio, & domesticos institueris, quod negotium hoc fatali necessitate, & rebus omnibus frustrà tentatis, demum suscipiatur, ac omni penitus superstitione careat.

Quod verò Tibi coram Hoyeriano Judicio, testantibus id literis Tuis die 30. Martii ad me datis, imputatur, Te morituri entis equi contagio infecti contumulationem, tanquam actum superstitiosum, ad fascinum quoddam destruendum suscepisse; hoc nihil aliud est, quàm obscurum per æquè obscurum inculpare, & ex

& ex parte logomachia; uno autem verbo, asylum quoddam ignorantiæ nuncupari meretur. Hæc enim Scientia hactenus Occulta, antiqua nempe illa Chaldæorum & Ægyptiorum Sapientia seu Physica à plebejis, imò multis Philosophis, ac magna illorum Parochorum & Physicorum scholasticorum turba (quorum nempe scientia Physica ultra Stierii, Stahlii aliorumquè hujus farinæ Physicarum ac metaphysicarum scholasticarum Libellos vix sapit, quin gryllis saltem Philosophicis ludunt) ironicè magia fascinatoria, Hexerey / vocari consvevit : Quid? quod horum dementia eò interdum procedit, ut veros atque expertos Physicos Naturalistarum nomine vel in scriptis publicis insignire, vel de cathedris proclamare, nulli vereantur, qvam tamen rabiem suprà dictus *Anonymus* in Geheimen Unterredungen *de Magia Nat. p. 19. judicium temerarium, & p. 21. imprudentiam*, einen Unverstand/ haud immeritò appellitat, *qua ductus ejusmodi blatero, Theologus sive audiat sive Politicus, amorem proximi apertè lædat, ac inculpatam viri aliàs boni famam diffamare haud erubescat.* Ut adeò effatum illud eloquentissimi Nepotum Romuli, *Ciceronis*, huc optimè quadret, *de Divinat. Lib. II. p. m. 216.* inquientis : *Causarum ignoratio in re nova admirationem* (magiam illicitam, superstitionem, veneficium, incantationem &c.) *facit ; Eadem ignoratio in rebus usitatis* (curis e. g. sympatheticis, magneticis, transplantatoriis) *est*, & haud rarò invenitur.

Certè, si fascinati fuissent equi, ultimo moriturientis contumulatio perexigui aut nullius planè effectus extitisset, quia ipsum fascinum, seu media magica, omnium primò è medio tollenda, aut terra obruenda aut comburenda fuissent, quo facto singuli novem equi jam demortui ab interitu potuissent liberari. Posito autem, dicta media magica, seu fascinum ipsum explorari non posse, tunc omninò necesse est, ut per media magica contraria malo occurratur, idquè sine ullo criminis vitio. Siquidem nihil insoliti in medicina practica habetur, & quotidiè fit, ut fascina

scina per fascina (loquor hic cum vulgo) destruantur, & afflictus proximus à malo inde contracto restituatur, & quidem salvâ Medici prudentis conscientiâ, modò intentio adsit bona afflictum juvandi, nec quenquam lædendi. Sic impotentia virilis e. g. veneficio aut incantatione orta curatu vix possibilis est, nisi medium magicum, aut sera sub copula sacerdotali clausa, aut culter parieti cubiculi vel spondæ conjugali infixus, &c. innotescat, ac è medio tollatur. Si verò miscllis ejusmodi conjugibus, & Medico, vel ipsum medium, aut incantandi aut fascinandi modus, non constat, tunc praxin extraordinariam exercere, & illa vel illa media magica aut hyperphysica, per experientiam cognita, adhibere tenetur, e. g. mictum per scopulas betulinas; rasuram campanæ eo in loco derasam, ubi pistillum eam ferit; lucium masculini sexus, cujus in os vi apertum urina maleficiati immissa, qui lucius hinc ita vivus fluvium immittitur, & quidem contra hujus cursum; vel mictionem reciprocam per annulos sponsalitios; aut per asseris ex reliquo trunco extrusum nodum; rasuram annuli sponsalitii; urinæ immissionem per columnæ patibuli foramen terebrâ factum, item per ansam sive annulum cujusdam epitaphii vel lapidis sepulchro incumbentis in cœmeterio; stercus fascinati & ligati mox, & intra unam aut alteram à copulatione & fascinatione horam exeretum, vesicæ inclusum & fumo expositum (quod in casu dubio tanquam certissimum remedium in multis expertus sum): Qualia media pro curandis veneficio aut incantatione ligatis referuntur ab *Helmontio in Scriptis suis*, *Agricola in Chirurg. Parva*, *Carrichtero Tract.* von Zäuberischen Kranckheiten/ *D. Michaëlis*, famigeratissimo quondam Lipsiensium Practico & Prof. Publico, *in Colleg. ad Jonston. Praxin Medicam*, *B. Ettmüllero in T. Opp. I. p. m. 404-412.*, & *T. II. in Praxi P. II. cap. de Impotent. Virili p. m.* 1005., *Wedelio de Medicam. Facultat. pag.* 225., *Wolffio Lection. Memorab. T. I. p.* 278. Citatus modò *Ettmüllerus in Colleg.* quodam *Practico manuscr.* de anno 1674. se„quentes cautelas commemorat: Ante omnia observandum,

„quòd

quòd pro varietate mediorum magicorum, quibus ligatio facta, „ remedia ordinaria varianda: quando autem media ac modus, „ per quæ & quomodo ligatura facta, non constat, remedia magica „ per experientiam cognita tentanda, quæ inter â Carrichtero lau-„ datur &c. &c. &c. Atque sic vel ipse Medicus interdum fasci-„ num exercere cogitur; Und also muß ein Medicus bißweilen „ auch ein wenig mit hexen. „

Paucis: quicunque legitimas actionum suarum, licet extraordinariarum, causas in medium afferre, ac fiendi modum explicare potis est, is nihil quicquam superstitionis committit, sed dignissimus, qui Magister ac Philosophiæ Doctor salutetur. Moyses enim & tota Scriptura Sacra nullius aliæ Philosophiæ, quàm Magiæ & Chymiæ, mentionem facit; gentilis contrà Philosophia scholastica, nonnullis Germaniæ Academiis adhuc usitata, & picti inibi grylli technici vel ipsam rationem obnubilantes, ab Apostolo Paulo rejiciuntur. Quòd si verò quis fide saltem simplici agat, causarum licet Physicarum ac modi fiendi planè ignarus, neque de iis sollicitus, omnem tamen operationem atque effectum solis mediis magicis, e. g. soli contumulationi animalis adhuc dum viventis, aut præcisè tertii, quarti, septimi aut noni equi, vaccæ, porci &c., cribro item hæreditario, virgulæ divinatoriæ, soli, neque minus ipsâ horâ meridianâ aut media nocte effossæ terræ, solis ceremoniis & conjurationibus, qua talibus, imò diabolo ipsi, attribuit, ille quidem superstitiosè agit; id enim vera est superstitio, judicio *Franc. Moncæji in Disquis. de Magia Divinatr. & Operatr. Sect. I. p. 3.*, non tamen peccatis atque delictis pœna dignis superstitio hæc annumeranda, sed hoc in passu potiùs tàm Operatoris, quàm Judicis inquirentis ignorantiæ partim, partim simplicitati ac nimiæ credulitati, aliquid indulgendum venit, modò non concurrat abusus nominis Divini, invocatio & adjuratio Sanctorum ac spirituum, utpote quod partim idololatriam â Deo prohibitam saperet, partim actio verè

diabolica vocari posset; sicut & *Peucerus Tract. de ἐπῳδοις f. m.* 172-179. talem verbi divini abusum, tanquam maximum scelus detestatur, & horribilibus blasphemiis, mendaciis, præstigiis diabolicis, aliisquè rebus sæverissimè vetitis, adnumerat.

Neque negari potest, quin herniarum illæ Curæ in vulgus notissimæ sint, & singulis fermè vernalibus & æstivis diebus â variæ conditionis hominibus exerceantur, quando nimirum infantes, pueri & adulti hernioſi per quercum, tiliam, aut salicem flexilem, & in medio sui diffissam, & quidem ante, â quibusdam etiam post Solis exortum, denudato corpore tribus vicibus transmittuntur, atque sic deligatis iterum ac coalescentibus arborum fissuris, & simul evanescentibus herniis, perfectè restituuntur. Quotus igitur quisque Curas ejusmodi sympatheticas quidem exercens, rationis tamen formalitatem ac agendi modum non penetrans, soli interim quercui, ceu arbori præ aliis sacratæ; soli, & præcisè tribus vicibus repetitæ hujus transmissioni, soli personæ nuditati, ortui aut occasui Solis, virtutem hanc mêdendi attribuit, valdè superstitiosè agit, dum in solum medium, & ex paganismo superstitem arboris sanctimoniam, & in ceremonias, fidem habet, quæ per se virtute hac & effectu desiderato non pollent, cùm loco dictarum arborum non solùm alia similis virtutis eligi possit, sed & æger optato cum successu septies ac pluribus vicibus, aut etiam caligis ac calceis amictus, transmitti possit; sicut loco cribri hæreditarii alia usualia, imò & scatula; & loco libelli hæreditarii Evangelici alius ex Officina bibliopegarum libraria, etiam alii libri non hæreditarii, Donatus, libellus abcdarius, vel gallus saltem inibi depictus, Eulenspigelii & Æsopi Fabulæ, Ovidii Metamorphoſis &c. eundem effectum præstare possent, dummodo hi ipsi vel pro dicto Evangelico libello venditarentur, vel similis effectus mulieribus superstitiosis imprimeretur. Quemadmodum ex Actorum Inquisitionalium Volumine quodam perlustrato mihi constat, quod eodem cum successu Ci-

cero-

ceronis Epiſtolæ clavi hæreditariæ ſuſpenſæ fuerint, cum hic libellus inter alios libros hæreditarios occurrerit; hinc & Inquiſita edixit, quemvis librum hoc effectu pollere, modò, unà cum clave, èx maſſa quadam hæreditaria provenerit. Superſtitiones ejusmodi vel in præcipuæ conditionis hominibus occurrunt, dum vel mille amuleta cum ſucceſſu appenduntur, utut operandi ratio ægrotis incognita ſit.

Ultimo tandem neque hoc ſicco pede eſt prætereundum, quòd coram Judicio Hoyeriano, ad contumulandum equum diem Dominicam præ aliis elexiſſe, falsò Te accuſatum mihi ſignificas: circa quam ſtatuo, quòd ſpecialis hujus electio non ſolùm ſuperſtitioſa judicari, & hinc chronomantiæ in Scriptura Sacra vetitæ indicium inferre poſſet, ſed etiam Sabbathi profanationem involveret. Caſus tamen neceſſitatis hîc quoque attendendus. Quod ſi enim morituriens equus fortaſſe diem Dominicam haud ſupervixiſſet; interim verò & decimus contagio infici potuiſſet, lex & pœna profanationis Sabbathi omninò ceſſaret, uti exemplo ipſius Salvatoris Noſtri *Luc. XIV*, 5. videre licet; cujus veſtrûm, inquientis, aſinus aut bos in puteum incidit, & quem non continuò extrahatis in die Sabbathi? quo de commentatus eſt *Beuſtius* verſu ſatis noto:

Sacrum non violat, qui facienda facit.
Wer gute Werck thut und verricht/
(pecudes infectas â contagione curat & morti eripit, eoque ipſo rei oeconomicæ ſuccurrere ſtudet)
Der bricht dadurch den Sabbath nicht.

Alteram Quæſtionem quod concernit, ex prioris reſolutione ſatis eluceſcit, quòd actus ejusmodi magicus, contumulatio nempe equi aut alius animalis contagio infecti & moribundi, ſanorum adhuc dum præſervationis gratiâ inſtituta, ad curationes ſympatheticas & magneticas pertineat, adeoque cauſis naturalibus nitatur. Reliquum itaque eſt, ut modum & rationem curatio-

tionis seu fundamentum explicem, quibus ejusmodi Curæ innixæ sunt, & quomodo vivâ equi infecti contumulatione contagium adeò destrui potuerit, ut reliqui equi in prædio equestri, imò & fortè in toto pago, ab ulteriori contagio maligno præservati & à morte liberati fuerint?

Primò omnium considerandum, quòd ejusmodi effluvia aërea aut spirituosa maligna, aut contagium venenosum, unicam saltem animalium speciem afficiens, cum hujus principio ac spiritu vitali atmosphærico uniatur, & ita specificetur, ut deinde nullam aliam speciem, nisi sibi appropriatam & individualem, afficere, ac principium hujus vitale destruere & extinguere possit. Unde & specialia contagia pecoralia exsurgunt, ita, ut contagium seu pestis equina nullum hominem, nullam ovem, nullam vaccam, nec aliud animal, & vice versâ, inficere possit: Et hæc quidem propter confermentationem mumialem, contagii nempe spirituosi aërei, cum animalis mumiali seu atmosphærico spiritu vitali aut anima uniti, & tam propter communicationem præsentaneam, quàm etiam in distans, mediante spiritu mundi similem vitalem spiritum symbolizantem afficientis; quemadmodum etiam cuivis Physico experto constat, quòd omnis spiritus aëreus, tam animalis, quàm plantæ & metalli, post suas resolutiones, & in minimas atomos dissipationes, in nullum aliud corpus, nisi in suam & sibi appropriatam speciem se insinuare, ac inibi operare possit, ita quidem, ut hæc effluvia seu atmosphæra tritici e. g. non cum secali, avena, hordeo, pisis &c. & vice versa, uniri, ac inibidem crescere & se multiplicare possint.

Cùm itaque præfata contagia, mole quidem minima & insensibilia, effectu tamen maxima, per medicamenta alexipharmaca ordinaria, utut generosissima, sic destrui, equi etiam similiaque jumenta alia, calefactis hypocaustis, lectis, vel sudoribus &c. tractari nequeant, uti cum ægrotis hominibus, vel in necessitatis casu cum animalibus quibusdam mansvetis, ovibus, agnis, canibus

bus aut felibus fieri ſolet; eâ intentione â veris Philoſophis, Magis nimirum, curationes magicæ, ſympatheticæ ſcilicet, magneticæ & transplantatoriæ, ad ipſius naturæ operationum ſymboliſmum, inventæ ſunt, cùm obſervatum ſit, quod e. g. hominis capilli abſciſſi, aut etiam cutis capitis piloſa detruncata & exſiccata, in capſula aut ſcatula aſſervata, eodem tempore, quo cæteri in capite adhuc viventis hærentes, colorem mutarint, & juxta hominis hujus ætates paulatim canuerint, ac tandem omninò palluerint: qualem pilorum abſciſſorum cum vivente conſenſum omnium primò, quantum mihi conſtat, propriâ experientiâ *Bartholinus* obſervavit in *Hiſtor. Anatom. Cent. I. Obſerv. 41. pag. 61.* Et tale quid in liberorum meorum capillis, tertio ac quarto anno abſciſſis, cuivis monſtrare poſſum, utpote qui tunc aurei coloris exiſtentes, ſequenti tempore, & juxta ætatum mutationes, ad ſimilitudinem præſentium adhuc vivorum, paulatim immutati fuerunt: alios filii cujusdam quatuor annorum, anno 1686. denati capillos oſtendam, qui longo quidem tempore flavedine ſuâ conſpicui, hactenus verò annis abhinc ſex aut octo priſtinum colorem paulatim remiſerunt ac palluerunt; jam verò â tineis corrupti apparent; uti etiam ſecundinæ ejusdem tunica interior, amnios dicta, Germanis das Kleidgen/ ſimili ratione in corruptionem abiit, utraque autem glomeri laneæ â tineis corruptæ non abſimilia deprehenduntur: idque dubio procul propter cadaver putredine ſucceſſivè, jam vero penitus, reſolutum, cum tamen capilli liberorum in vivis ſuperſtitum illæſi adhuc & incorrupti, in una eademque ſcatula conjunctim aſſervantur.

Anſam harum curarum ſympatheticarum fortè præbuit *Burggravius in Biolychn. p. 84.*, qui lampadem vitæ artificialem ex ſanguine hominis ſani & viventis invenit, tam diu ardentem, quam diu homo vivit, & pro varietate coloris, ſplendoris ac motus certiſſimus eſt ſanitatis & morbi index, mortuo vero homine & ea ipſa extinguitur. Horum laudabili æmulatione ductus

veſtigia preſſit *Joh. Ludov. Hannemannus*, qui ex urina phoſphorum parare docet, indicium ſanitatis & mortis præſagium præbentem, in *Anno IV. M. A. N. C. Dec. III. Obſ.* 25.: Uti & *Sylveſt. Rattray in Aditu novo ad Sympath. & Antipath. Cauſas inven. in Daniel. Beckeri Theatro ſympat. p.* 29 mentionem facit ſpiritus ex ſanguine humano elaborati, qui in vitro ſervatus de hominis longè abſentis ſanitate aut morbis indiciũ dedit; Etenim homine exiſtente ſano clarus & perſpicuus fuit, morbido autem exiſtente, pro morborum diverſitate magis vel minus turbatus, claritatem amiſit, poſt mortem vero fœtuit. Eadem phænomena mihi olim ipſi obſervare licuit in ſpiritu quodam, ex curioſi Pharmacopœi Itinerarii Electoris Saxoniæ urina elaborato, qui anteà quidem ſatis perſpicuus & probè urinoſus volatilis, tempore tamen phthiſeos, quâ dictus Pharmacopœus ultra dimidium annum decumbebat, magis magisqvè turbabatur & putredinem ſpirabat, imo tandem poſt mortem illius, ob fœtorem intolerabilem, abjiciendus erat: Ut itaque, ad ejusmodi naturæ phænomenorum imitationem, curationes ſympatheticas, magneticas & transplantatorias, excogitatas atque inventas eſſe, judicem.

Hinc, ſi eqvi aut cujusvis animalis moriturientis ſpiritus vitalis contagio inquinatus ſub contumulationis actu, propter imminentem & anxioſam ſuffocationem, tot tantisque cruciatibus ſubmittitur, & ſimul anxiè morienti animali una ac altera phantaſia, hacquè mediante memorato ſpiritui ſeu animæ vitali novæ quædam ideæ novusquè character imprimuntur, neceſſario ſpiritus vitales aërei individualium ſpecierum, præſentium & diſtantium, unà cum contagio uniti, propter ſymbolum unitatis & mumialem conſenſum, mediante ſpiritu mundi æthæreo, eandem alterationem eundemquè characterem perſentiſcunt; ac eo ipſo contagium ſimul venenoſum aëreum alteratur, ſuffocatur, atque ſic craſis illius penitus deſtruitur. Quemadmodum Nobilis illius Bruxellenſis naſus inſititius, qvem allegat *Helmontius*

tius Tract. Magnet. Vulner. Curat. §. 22. *p. m.* 459., corpore adhuc ſano & vivo exiſtente, eodem fortè momento repentè friguit, & aliquot diebus poſt putrilagine corruptus decidit, quo multis milliaribus trans alpes abſens ille bajulus ſeu ſervus ægrotaverat & exſpiraverat, ex cujus brachio Celeberrimus quondam in Chirurgia Curtorum Chirurgus Bononienſis, Gaſp. Tagliacotius, vivam carnem eruerat, hancque loco naſi in pugna amiſſi artificiosè appoſuerat. Sicut & noſtro tempore omnibus ancillis ruſticis cura illa magica verrucarum in facie ac manibus frequens eſt, dum illas ſaltem vel fruſto recentis ac inſulſi lardi, vel pomo Borsdorffienſi aut alio generoſo, in quatuor aut ſex aut plura fruſta diſſecto, incantes, ſingulas partes ordine ſuo compoſitas alligando, vel terræ hortenſi vel fimo committunt, vel filo ſaltem appenſas in aëre liberiori, ad contabeſcentiam usque, ſuspendunt: nam ſicut lardum aut pomum, ſpiritu verrucarum inſito imprægnata, paulatim contabeſcunt, putreſcunt ac corrumpuntur, ſic idem hoc obſervatur in verrucis. Complures media ejusmodi magico-magnetica, ad putrefactionem eò citiùs promovendam, ſub androne abſcondunt. Hæc ſi quis ignorat, dictosqué effectus ſoli ſtillicidio, vel virtuti lardi, aut pomi, vel etiam pluralitati partium, aut certo illarum numero, attribueret, eàdem is ſuperſtitione laboraret, quâ illi, qui pecoris morboſi contumulationem, & inde ſubſequentem effectum, ſoli ſaltem animali, tanquam inſtrumento veneficii, aut ſoli ſaltem contumulationi, aut ipſi tumulo, hujusquè terræ ſingulari virtuti, adſcribere vellent.

Pecudes autem contagio morbidæ ideò etiam ſub villarum portis, ab aliis in ipſis ſtabulis, à pluribus etiam ſub ſtabulorum liminibus infodiuntur; cùm alii in epidemicis vaccarum, ovium & equorum, peſtibus vias publicas, vel etiam vicorum extremitates, ut & vicorum medium, horumquè bivia, aut etiam locum certum juxta ovilia & attegias, pro contumulationè eligunt,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [141] - 127
PUBLIC DOMAIN

gunt, ut pecudes pertranseuntes consensum spiritus vitalis contagiosi, per similem mumiam spiritualem, conjunctim & uno eodemquè tempore, majori penetrantià percipiant, & ita venenum illud contagiosum, cum similis ac mumialis atmosphæræ aëreæ vehiculo unitum, eò potentiùs destruatur. Vi hujus consensus Romæ olim pestis vehementiùs grassans deleta fuit, dum Oraculi consilio Eques quidam juvencus Romanus, Marcus Curtius, in magnam quandam abyssum in foro, ab hiante terra ortam, se præcipitem dedit, quo de legendus *Aristides apud Plutarchum in Parallelis*, ex quo desumpsit *Laurembergius in Acerra Philol. Cent. I. Hist. 20. p. m. 33.* Videantur etiam *Tavernierus in Itiner. Persico Lib. I. cap. 7. p. m. 34.*, ut & *Itiner. Indico Lib. I. cap. 8. p. m. 35.* Quantas autem anxietates & quanta tormenta, præsertim post tam dissolutam vitam, in suffocationis actu Equitis hujus anima, tam sensitiva quàm rationalis, passa fuerit, & quàm miras phantasias atque ideas animæ ac spiritibus suis impresserit, id ipsum actionum sympatheticarum non ignarus ex lamentationibus commiseratione dignis facilè colligere potest; nec adeò mirum illi videbitur, quo modo contumulatione Marci Curtii, & suppressis exhalationibus pestiferis, atmosphæra contagiosa aërea ab infelici illius atmosphæra spirituosa aërea mumiali, novis & contrariis ideis sigillata, deleri potuerit.

Occasione hujus historiæ, illustrationis gratiâ allegatæ, non supervacaneum duco, actionum magicarum imperitis, ignorantiæ illud asylum, & præconceptas Theologorum & Sacerdotum quorundam, si non plurimorum, opiniones removere, quod nempe per Oracula non statim diabolus aut cacodæmones intelligendi sint, adeoque Cura hæc mumialis & sympathetica, qua talis & per se considerata, nec diabolica, nec diaboli consilio instituta, putanda sit, utut Marcus Curtius vitæ suæ terminum, propter voluptates carnis præcedaneas, infelici fine abbreviarit, quia non diabolus, sed ipsi Ethnicorum Sacerdotes seu Magi, Phi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [142] - 128
PUBLIC DOMAIN

Philosophiâ Chaldaicâ & Ægyptiaca optimè instructi, ejusmodi Responsa ex antris subterraneis artificiosè constructis (sicut & impræsentiarum adhuc sacrificuli apud papiculas, statuis & effigiebus Marianis & Sanctorum demortuorum inclusi, sermones) proferebant; quemadmodum & hi ad exemplum Baalyticorum, uti ex *Histor. Baalis Babylon. versu 12. & 14.* patet, antra hæc per ductus subterraneos absconditè subrepebant: quo de pluribus conferendus doctus pariter & curiosus Medicus Harlemiensis, *Anton. van Dale in duabus Dissertat. de Oracul. Veter. Ethnicorum*, & *Hier. à S. Fide* Untersuchung eines *Anonymi* Unpartheyisch. Gedancken *contra Dni Thomasii*, vel potiùs modi citati *Reichii Disp. de Crimine Magiæ*, §. *8.*

Fundamentum hujus mumialis consensus ipse Deus dubio procul attendit, dum *Exodi* XXIII, 19. XXXIV, 26. & *Deuteron.* XIV, 21. hœdulum (vel potiùs, juxta *Jarchii* interpretationem, cujuslibet animalis fœtum tenerum) in lacte matris elixandum vetuit; satis enim notum est, quod lac lactantium, hominum & brutorum, in prunas emulctum aut ejaculatum, non solum in mammis deficiat, sed & ipsæ mammæ atroces dolores incurrant, & post dolorissimam inflammationem tandem exulcerentur: quale quid cùm ipse Dresdæ olim observavi, tum etiam *B. Ettmüllerus* Lipsiæ, & hinc inde in itineribus suis, expertus harum curarum sympatheticarum sæpe *in suis Collegiis*, præsertim *in privati aliquo de Praxi extraordinaria*, mentionem fecit: uti etiam cum multis aliis *Borellus in Append. ad Centur. III. Observ. Medico-Physic. p.* 277. recensuit. Ex eodem fundamento moderni Physici vocem sanguinum Caini ad Deum de terra clamantium explicant *Genes. V, 10.*, & ob præsentiam ac persecutionem spiritus sive animæ vitalis interfecti Abelis Cainum profugum, vagabundum, meticulosum, tremulum &c. factum fuisse deducunt. Huc etiam referenda est *Equestris* illa spirituum Excursio, (Geister-Cavalcade) quam *Collector Relation. Hamburgens.*

Dn. Happelius enarrat in *XXXII.* Nachricht *p.* 251-254., uti & ille ante triginta (& quod excurrit) annos Hamburgi à citatione liberatus Spiritus in *XXXIII.* Nachricht p. 262-264. Quemadmodum & suo jamjam tempore Plato ejusmodi phænomena animis (rectiùs spiritui sive principio vitali) defunctorum, tanquam vindicibus hostium & circa terras errantibus adscribit. Quo & illa *Virgilii Æneid. Lib. IV.* spectant:

\- - sequar atris ignibus absens,
Et cùm frigida mors animæ seduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero.

Citatus *Borellus Cent. II. Obs.* 47. de quadam muliere refert, quæ, dum socias sanitate plenà alloquerètur, subitò de ingenti in fronte ictu conquesta est; paucis autem ab illo tempore diebus certior facta, maritum eodem in momento, in remotis plagis, in eodem frontis loco ictu bombardæ occisum fuisse. Eidem Observationi dictus Autor parallelum exemplum annectit de puella quadam apud Ruthenos, quæ, dum pater, factionis dux, à carnifice, se insciâ, laniaretur, & rotæ imponeretur, eodem tempore ingentibus convulsionibus distorta fuit. Quæ bina exempla consensum mumialem, & hinc provenientem actionem in distans, satis testantur, cum tam mulieris illius maritus, quàm puellæ pater, in doloroso suo non minus ac ignominioso agone haud dubiè omnes cogitationes, ille ad absentem uxorem, hic ad filiam, direxisse, adeoque de his valdè anxios factos fuisse, probabile est, ubi simul spiritum vitalem, anxietate & mortis agone alteratum, atque ideis novis specificatum, mediante atmosphærâ aëreâ, propter mumialem consensum cum spiritu vitali memoratæ uxoris ac filiæ, se conjunxisse, atque inibi operatum fuisse, non adeò difficulter colligi potest. Nam dari talem convenientiam & animorum compassionem inter hunc & illum, licet vel centum milliaria à se invicem distent; præsentiri etiam reverà labem, antequam corpori inferatur, ut vel ipsa plebs hinc dicat:

Es

Es hat mir längst geahnet; id optimè deduxit *Johann-Georg. Kulmus in Oneirol. cap. 3. §. 26.*

Ecquis verò tot adductis exemplis eandem sympathiam & consensum mumialem in dubium vocare, aut vetitis superstitionibus & damnando fascino adnumerare, non dubitabit? cum sole meridiano clarius constet, luem hanc equinam mediante hac cura magica, citra ullius hominis aliusquè animalis damnum, destructam, superstites autem equos, cum prædii Hoyeriani, tum quatuor reliquorum, ut & parochiæ, & sine dubio totius pagi, ab illa præservatos esse. Imprimis si cum hac actione conjuncta fuerit fortis impressio & fides tam Tui ipsius, utut absentis, quàm operantium familiarium, qui utplurimum rationibus Physicis destituti omnia, quæ agunt, fide simplici & carbonariâ, forti impressione magnaque fiducia operantur: quo de pluribus legendus *Roger. Bachon* in antiquo quidem, sed egregio, *Tractatu de Mirab. Potest. Naturæ & Artis*, annexo *Grattaroli Arti Aurif.* seu Turbæ Philosophorum, *Zeidlerus in Pantomysterio*, item in *Institut. de Vero Usu Virgulæ Divinatoriæ* (vom rechten Gebrauch der Wünschel-Ruthe) & in annexa hujus *Defens.* contra *Theoph. Albini Denudatum* (uti hic putat, sed simplici ingenio, ac irrito sanè effectu) *Idolum*, (Entlarvtes Idolum)

Nam absque forti fide & impressione nec Galliæ & Angliæ Reges strumas extirpabunt; nec metallifossoribus virgula divinatoria movebitur, neque in abysso latentes metallorum mineras indicabit; nec mulierculis superstitiosis cribrum hæreditarium circumrotabitur, neque clavis, quo super libellus Evangelicus vel alius hæreditarius suspensus, circumvolvetur & furem nominatum indicabit; nec quercus aut tiliæ flexiles & fissæ hernias curabunt, quamvis jam nominatæ arbores ab ethnicis sanctimoniâ peculiari commendatæ sint, quia nimirum hæc omnia mediante mundi spiritu, tanquam fidei & cogitationum vehiculo, fieri oportet. Sicuti Christus ipse omnia miracula & mor-

bos ſuperatos non tam ceremoniis, & manibus impoſitis, aut virgis &c., quàm forti ægrotorum fidei, in ſua virtute & auxilio attribuit *Matth.* IX, 22. XVII, 20. XXI, 21. 22., Marci V, 33. IX, 23., *Lucæ* VII, 50. IIX, 18. 50. XVII, 6., *Johann.* IV, 48. 50. *ſeqq.* Nos per ſolam fidem, fortem & efficacem imaginationem, cujuslibet hominis ſpiritum in imaginem aliquam cogere ſeu coërcere poſſe, *Paracelſus* ſcribit *Tract. de Imagin. cap. 11. in Tomo Opp. II. p. m. 500.* Hinc *Hippocrates* & *Avicenna* in ſuis Scriptis, nec non *Roder. à Caſtro in Medico Polit.* rectè ſtatuunt, quod fides ac ſpes erga medicum & medicinam plus efficiat, quàm ipſa cum medico medicina. Mens enim, fides, atque imaginatio, nominibus quidem tria diſtincta ſunt, quæ tamen eandem vim ac robur habent, unumquè ex altero naſcitur, adeoquè tribus his nihil impoſſibile eſt: hinc per fidem, quòd ab hac fortis & conſtans imaginatio non differt, miracula fieri poſſunt. In homine enim fides vim inſtar Solis habet, quæ ſicut radiis ſuis omnia corpora, ad quæ diriguntur, illuſtrat ac afficit; ita & imaginatio (atmoſphæræ, aut ſpiritus mundi vehiculo) extenſa afficit res, & mirificis viribus, ad quas dirigitur, imbuit, verba ſunt *Paracelſi l. a. cap. 12. p. 501.* Naturam enim cogitationibus & vehementibus animæ deſideriis obedire, ſuo jam tempore egregiè deduxit *Avicenna Lib. de Anima*, & *Tract. de Animal.* Hinc *idem l. a.* cogitationes & impreſſiones vocat primum movens, cui deinde deſiderium conformatum, & poſteà virtus animæ cogitationibus obediunt. Tantam imaginationem & fidem requirit ille eruditus Hiſpanorum Medicus *Huart. in Scrut. Ingen. c. 15. p. 408.* in Medico Practico; & inquirit *p. 417.* in cauſas, unde fiat, quòd ſæpiſſimè optimi Theoretici ſint peſſimi Practici, & optimi Practici inepti Theoretici? Et eandem ob cauſam *Ettmüll. in Inſt. Medic. Parte Therapevt. c. 1. p. m. 252.* fidem & imaginationem methodi quaſi animam vocat, quæ ideò cum judicio practico conjungi & conſpirare debent. Plura de Fidei & Imaginationis viribus

legi

legi possunt in *Helmontii Scriptis* passim, *Johannis-Marci Marci Philos. Veteri Restit. P. V.*, & in *Idear. Oper. Idea*, ubi confirmat, quod sine intentione, firmaque cogitatione & impressione, vel bona vel mala, neque utilis neque noxius effectus respondeat.

Concludo itaque ex fundamentis Physico-Magico-Medicis, in specie autem Physicæ Sympatheticæ, quòd propter vivam equi infecti contumulationem, grassante lue equinâ immedicabili, neque Tibi, utpote Juris non minùs perito quam curioso Philosopho, qui insuper actionem hanc, prævià mutuorum consiliorum communicatione cum Confessionario Tuo, instituisti, neque uxori Tuæ, neque domesticis Tuis, dubio procul à Te rectà ratione institutis, actio quædam superstitiosa & illicita, multo minùs ad fascinatorias & incantatorias pertinens, imputari possit, sed quòd hæc omnia, uti hactenus deduxi, methodo curationum sympatheticarum & magicarum rectè respondeant.

Majoris fidei ergò Judicium hoc Physico-Magico-Medicum, quod à me petiisti, propria manu subscripsi, & sigillo meo usitato confirmavi. Delitii die 6. Aprilis 1706.

(L. S.)

D. Johann-Caspar Westphalus.

RESPONSUM FACULTATIS MEDICÆ LIPSIENSIS.

POstquam in literis die 25. Junii scriptis Nobis denunciasti, Te ob viventis adhuc, sed moriturientis, equi contumulationem de superstitionis ac fascini crimine accusatum in molestis-

ſtiſſimæ Inquiſitionis negotio verſari, hinc Actis Tuis privatis, pro meliori cauſæ ſtatus informatione ſimul transmiſſis, ſententiam Noſtram implorans ſequentium duarum Quæſtionum deciſione expetiiſti: ſcilicet

1. *Utrum equi Tui, lue quadam contagiosâ affecti, ſine ullis ceremoniis, imò prævia conſiliorum communicatione cum animarum Curatore loci ordinario ipſiusque conſenſu, inſtituta contumulatio actus ſuperſtitioſus & faſcinatorius, pœnaque dignus, definiendus ſit?*

2. *Annon potiùs lues hæc equina contumulatione moriturientis equi infecti ſublata, fundamento ſuo in rebus Phyſicis nitatur, curisque ſympatheticis & transplantatoriis annumerandus veniat?*

Ideoque Nos factâ Collegiali Deliberatione, & momentis allegatarum circumſtantiarum rite ponderatis, reſpondemus:

Quoad *primam*, quòd equi Tui morboſi, luequè contagiosâ infecti (quâ graſſante Tibi in prædio Tuo novem jamjam equi perierunt) contumulatio, eaquè oeconomorum aliorum conſilio, contagii illius deſtruendi causâ, & quidem characteribus aut ceremoniis ſuperſtitioſis adhibitis nullis, & absque omni verborum certorum recitatione, benedictione, ſigni crucis abuſu, citraquè alias ſuſpectas actiones ac media illicita inſtituta actus ſuperſtitioſus, faſcinatorius aut incantatorius, definiri nequeat, adeoquè Tu, Noſtro quidem judicio, ob id inſtitutum multo minus pœnâ de jure affici debeas; utpote in quo nulla prorſus criminis ejusmodi indicia apparent, præſertim cùm talismodi actus, graſ-

grassante lue pecorariâ, hîc locorum frequentes adhiberi, & ab optimæ famæ Oeconomis exerceri soleant.

Quoad *alteram* verò *quæstionem*, Nos quidem suo loco relinquimus, an ad viventis adhuc animalis contagio infecti contumulationem reliquorum infectio semper cesset & deleatur, eaquè similibus in casibus remedium semper infallibile existat, vel annon potius aliquid credulæ simplicitatis hic simul concurrat. Nihilominus tamen operandi rationem suo in ipsa natura hujusquè viribus fundamento non planè carere statuimus, & quod, dum hoc modo fomes contagii aut infectionis removetur, tali contumulatione, ceu medio quodam naturali, ulterioris etiam mali propagatio inhibeatur. Sicuti hic etiam contumulationis effectus, repetitis quandoque experimentis confirmatus, alias, nobis verò adhuc incognitas, utut naturales causas agnoscere potest, quæ tamen, quia occultæ sunt, non accedentibus aliis indiciis evidentioribus, suspicionem superstitionis & Magiæ illicitæ præbent nullam.

Lipsiæ 6. Julii
1707.

Decanus, Senior, Cæteriquè
Doctores & Assessores Facultatis Medicæ Nostratis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 223, Stück 6, [149] - 135
PUBLIC DOMAIN

OBSERVATIONES ET EXPERIMENTA CHYMICO-PHYSICA

De

PRODIGIIS SANGVINIS,

in specie de

MASSA CRUENTA SPUMOSA,

Mense Julio & Augusto anno 1700.

piscinæ publicæ σμηγο-Lissavienſi prope Delitium ſupernatante.

ITa cum rerum naturalium imperitis comparatum est, ut ad raros & extraordinarios casus stupeant, & statim ſupernaturale quid & prodigiosum sibi persvadeant, in inquisitione autem causarum ac modo fiendi subsistant, imò quamlibet accuratiorem rerum absconditarum investigationem ceu impiam atque illicitam damnent, curiosos verò earum scrutatores atheorum numero adscribant, scopticoque Naturalistarum nomine, ignorantiam suam palliando, salutent, vel etiam ex cathedris apud superstitiosum vulgus suspectos reddere conentur. Ut adeò scitè ac verè eloquentissimus ille Oratorum Princeps suo jamjam tempore *Tract. de Divinat. Lib. II.* scripserit: *Causarum ignoratio in re nova admirationem facit, eadem ignoratio in rebus usitatis est.* Eandem sanè fortunam piscina publica in pago Klein-Lissau experiebatur, cùm elapso anno 1700. mense Julio & Augusto massam mucilaginosam, sanguini vel cruori potiùs congrumato non absimilem, ostenderet, quæ hausta & in ter-

terram projecta eodem colore tingebat, ita ut rerum expertibus opinionem de homine vel ſauciato vel interempto injicere ſat potis fuiſſet, ſi illam caſu vel in publica via, vel peculiari quodam agri aut prati ac ſylvæ loco offendiſſent. Hinc mirum non eſt, magnam quotidiè hominum copiam, portenti cruenti viſendi gratiâ, undique locorum hic confluxiſſe: quos inter in admirationem vel plane ſtuporem complures vel ſolo adſpectu abripiebantur, quanquam non pauci rem absque ullo omine, nec adeò raram, contemplantes viſi ſunt. Siquidem unà alterâvè concione metanoëtica, peculiariter ſuper hac re habita, nec non famâ longè latequè percrebeſcente, politiſſimus Novellarũ Lipſienſium Autor ſuarum partium eſſe duxit, in extraordinaria illa, quam Relationibus modò dictis in ſingulas hebdomades addere ſolet, pagellà, panicum terrorem, quem fallax hac de re rumor injiciebat, his verbis excutere:

> Unter andern häuffigen Wunder-Wercken / womit die heutige Welt ihre abergläubiſche Thorheit zuproſtituiren pfleget / verdienen die vielen Blut-Zeichen / ſo hin und wieder ausgeſtreuet werden / billig eine Stelle mit. Allein gleichwie bey genauer Unterſuchung der ſchlechte Grund dieſer albernen Hiſtörigen gar bald entdecket wird; Alſo überläſſet man die weitere Ausführung denen / welche ſie um eine kleine Diſcretion, in der bekannten Melodie / von den Bänckgen abſingen. Wir halten aber inzwiſchen dieſes für das allerſeltzamſte und denckwürdigſte Wunder-Zeichen /

(*Inter plurima, quæ nunc temporis ubique cumulantur ſigna miraculoſa, quibus hodiernus mundus nimium ſuperſtitioſus non ſemel ſe turpiter dedit, haud infimum locum occupant prodigia il-*

la ſanguinis, de quibus multum rumoris paſſim hactenus fuit. Quemadmodum verò rem accuratiùs paulò inquirenti caduca, quibus fabulæ vel contra ſanam rationem ſuperſtruuntur, fundamenta facilè ſe produnt; ſic uberior iſtarum disquiſtio iis non immeritò remittitur, qui vel exiguo præmiolo allecti aniles has fabulas ad ſcamnum in foro publico decantare ſolent. Nos interim obſervatu dignisſimum prodigium judicamus illud, quod Eccleſia his verbis exprimit, & ſtolidorum auribus ſæpisſime inſuſurrat:)

Daß wir erkennen die Wahrheit nicht/
Die uns ſtets GOttes Wort bericht.

Maſſen ja täglich ſo viele um ihr Elend und Verderben/ wie die Mücken um das Licht / gantz unbeſonnener Weiſe herum flattern. Wider die übelgegründete Nouvelle aber möchte vielleicht kein beſſeres Recept zu finden ſeyn/als daß man ſich dieſes gedoppelten Præſervatives bediene:

(Siquidem plurimi mortalium tam dementi animo ſunt, ut culicum vel muſcarum inſtar eas ſemper flammas oberrent, quibus propiùs paulò accedentes præproperam ſibi perditionem accelerant. = =

= = Adverſum tales autem ſuſpectæ fidei relationes probatis-

tissimum sine dubio remedium invenit Autor tri-tissimi illius:)

I. Noli omnia dicere quæ scis,

II. Noli omnia credere quæ audis.

Sag nicht alles was du weist; Glaub nicht alles was man saget:
Denn wer seines Hertzens Sinn bloß auff seine Zunge waget/
Stolpert offt; Und wer nur immer/ was die Leute sagen/ glaubt/
Dem wird manches Imperfectum ins Gehirn fest eingeschraubt.

Mihi equidem, ut ingenuè fatear, operæ pretium initio haud videbatur, piscinæ dictæ visendæ gratiâ tempus ac sumptus inutiliter impendere, utpote cui massa hæc cruenta quotidiè ad inspectionem ocularem domum afferebatur: in quo etiam proposito sine dubio substitissem, nisi uno plures Clarissimi Medici, ad quos fama de piscina in sanguinem conversa extra oras quoque nostras pervenerat, per literarum commercium de rei veritate, & quid ego de hac metamorphosi sentirem, à me certiores fieri optassent. Quibus, ut & Generosissimi, necnon rerum novarum maximè curiosi Domini, Dni Georgii-Henrici de Luckowenn, Consiliarii Saxo-Merseburgensis & Anhaltino-Servestani Intimi & Famigeratissimi, νῦν ἐν ἁγίοις (cujus vitæ curriculum & beata analysis recensetur in *Novor. Literar. Hamburgens. Mense Aprili Anni* 1703. *p.* 143. *sqq.*) adhortationibus, obsequium detrectare religioni mihi ducens, non amplius differre potui, quin gratiosissimo illius comitatu famosum locum oculis usurparem. Ubi quidem nullam aquæ transsubstantiationem, nec aliud quid mi-

raculo, multo minùs prodigio dignum, sed mucilaginem tantùm cruentam, in superficie sui spumosam, aut verum omninò sanguinem, meo quidem judicio, piscinulæ supernatantem, perspicere licuit.

Et, ut paucis me expediam, primo intuitu, & odore virose & fracido percepto, ranas judicavi, si non pisces simul, tempore hyberno ordinariè subaquis in profundo lacuum latitantes, aut in piscinula conglaciata, aut â muco coäcervato plurimis ab annis non expurgata, suffocatas inquè mucaginem reductas. Utpote cùm hæ ipsæ, si atrocissimo frigore hyemali effodiuntur, nycthemeræ spatio in mucilaginem transparentem, adeoque in primam sui materiam, spermaticam nimirum, sponte resolvi soleant, experimento Ingeniosissimi per ignem Philosophi *Helmontii Tract. de Formar. Ortu §. 56. p. 86.*, ubi hanc quidem resolutionem non frigori, sed soli plenilunio tribuit, atrociissimo tamen hyemis borea ranas effodere jubet. Aut, quod eodem recidit, ipsum ranarum aut piscium sperma credidi: quorum alterutrum successivè alteratum, & cum terra piscinæ Martiali, sale terreo-vitriolico imprægnata, confermentatum, & in chylum quasi mucilaginosum resolutum & rarefactum, tandemque ab aëre nitroso, adjuvante radiorum solarium calore, in sanguineum huncce colorem, ceu ipsum prædictorum animalculorum sanguinem, digestum fuisse, Observationes & Experimenta Chymica nunc recensenda satis superque confirmabunt. Idquè modo non absimili, atque ex alimentis in stomacho digestis chylus albissimus in pulmonibus, à solo occurrente aëre inspirato, seu hujus sale aut spiritu nitro-aëreo, subitò, & sine ullo veterum præsuppositio sanguificationis organo, in sanguinem, hujusque floridum ac elegantissimæ rubedinis colorem, mutari solet. Uberiorem Deductionem coloris rubicundi, & in specie sanguinei, non solum in aquis stagnantibus, sed & pane secalino, pultibus triticeis, &c. mucidis, muria item elixati illius piscis, qui asellus mini-

minimus seu mollis, Germanis Dorsch / vocatur, exhibet Celeberrimus Academiæ Viadrinæ Professor *Joh. Christoph. Beimannus in Curios. Dissert. de Prodig. Sanguinis.* Jam igitur ea phænomena enarrare lubet, quæ mihi pro causis naturalibus indagandis in ipso examine Chymico observare contigerunt.

Mucilaginem nempè suprà dictam cruentam, quæ odorem piscium emortuorum, Fischentzend / vel ut rectiùs scribam, spermatis ranarum aliquanto asservati & per coctura spissescentis virosum, exactè referebat, & per totam conclavis contignationem diffundebat, ab omni aqua mediante cibro setaceo separatam, collegi ad uncias tres vel lotones sex, eandemque in scutella terrea vitreata aëri libero exponebam, quo sic quinque vel sex dierum spatio, bis & ter in die cum spatula lignea agitando, in massam viscidam friabilem, semiunciam pondere æquantem, exsiccabatur; non quidem nigricantem, quali aliàs colore cruor animantium exsiccatus conspici solet, sed rubicundam terræ orleanæ aut croci Martis reverberati instar, procul dubio propter terræ hîc locorum plerumque Martialis seu ferrugineæ colorem, â sale volatili aquatilium dictorum aut alterutrius in rubedinem intensiorem, blandi motus intestini ope, exaltatum. Massæ hujus exsiccatæ drachmas tres ex retortula vitrea destillavi per arenam igne lampadis, inclusæ furnulo ex lamellis ferreis stanno obductis confecto, accensis in principio duobus, & in progressu tribus, circa finem verò quinque ellychniis, unde trium horarum, & quod excedit, spatio elicui liquorem volatilem salino-urinosum salso-amaricantis saporis, fracidi ac empyreumatici odoris, adeoque non exactè urinosum, ad drachmam unam cum dimidia. Hic verò mox nares, affuso oleo tartari per deliquium, penetrantissimo urinoso odore feriebat, instar rectificati spiritus ex sanguine humano aut lumbricis putrefactis destillati: qualem etiam, unà cum oleo suo empyreumatico, ex spermate ranarum exsiccato Dresdæ olim prolectum, & in cura cancri exulcerati si-

